possunt simul pficere intellectum. ergo ꝛc. ¶Preterea. obꝫ ⁊ potētia ꝓportionat̄. sed īter finitū ⁊ īfinitū nō est ꝓportio ergo intellect⁹ noster cū sit finit⁹ in eēndo. ⁊ ꝑ ꝯn̄s in operando nō poterit intelligere infinitū. His p̄missis r̄ndet̄ ꝭm istam opinionē ad rōnes ī oppositū. ℭ Ad primū de deo dr̄ ꝙ vtiqꝫ de⁹ est infinit⁹. ⁊ pōt cognosci a nobis nō tn̄ sub rōe infiniti. qđ ꝓbat̄. qꝛ de⁹ nō cognoscit̄ nisi ꝑ effectū. null⁹ āt effect⁹ adequat̄ ei: ⁊ per ꝯn̄s nō pōt ducere in cognitionē ei⁹ ꝭm ꝙ infinit⁹. ℭ Ad ꝯfirmationem per idē. qꝛ lꝫ prima cā sit infinita: nō tn̄ cognoscit̄ a nob ꝭm ꝙ infinita. ℭ Ad aliud dr̄ ꝙ multis īponim⁹ nōīa q̄ tn̄ nō sunt intelligibilia. Exemplū significam⁹. n. nihil. ⁊ tn̄ nihil nō est intelligibile. Cū etiam dr̄ ꝑ infinitū diffinim⁹ ꝛc. dr̄ ꝙ diffinitio est duplex. quedā ē diffinitio qđ rei. quedā vō qđ nōīs. p̄ia bn̄ arguit diffinitū esse cognoscibile. sed secūda nō. qꝛ pōt eē tā entis q̄ꝫ nō entis. ⁊ tn̄ nō ens nō est ītelligibile. talis n. diffō infiniti est posita tertio phicoꝝ. ℭ Ad aliud cū dr̄ de spēb⁹ numeri ⁊ figure. Rn̄det̄ ꝙ sole ille spēs que in suis singularib⁹ pn̄t per se su app̄hēdi sunt a nobis cognoscibiles. tales aūt sunt finite. ℭ Ad vltimū cū arguit̄ a sili. dr̄ ꝙ nō est sile hic ⁊ ibi. qꝛ loc⁹ ē termin⁹ corꝑis. ⁊ hꝫ rōnē forme inq̄ꝫtū terminat̄ ipꝫ corp⁹. corp⁹ āt locatū ē sic mā. forme enim est teriare. ⁊ māe terminari. spēs vō intelligibiles hn̄t respcū intellect⁹ modū forme informātis ⁊ pficientis. intellect⁹ vō modū māe ⁊ perfectibilis. nūc aūt si vna forma pōt teriare ⁊ īformare duo. pari rōe īfinita. qꝛ teriatio ⁊ īformatio ē a parte ei⁹. iō sequit̄ ꝙ si vn⁹ loc⁹ pōt teriare ⁊ recipe duo corpora pari rōne infinita. ꝓpter h̄ illud ān̄s est īpōle. sed si mā pōt pfici a duab⁹ formis nō oppositis. nō ꝓpter h̄ seqtur ꝙ ab infinitis. qꝛ argueret ipsi⁹ māe infinitā capacitatē. lꝫ ergo ītellect⁹ possit informari a duab⁹ spēb⁹ simul: nō ꝓpter hoc seqt̄ ꝙ ab infinitis. ℭ Alr̄ dicitur ꝙ ꝯn̄a pbī est intelligenda qn̄ est tanta repugnantia respcū paucoꝝ: q̄ꝫta est respcū pluriū sic est in ꝓposito pbī. qꝛ est tāta repugnantia ex ꝑte loci ꝙ in eodē loco sint duo corpora. q̄ꝫta si sint plura. iō seqt̄ ꝙ si duo corpora possint eē sil. ergo infinita. nō aūt sic est de spēb⁹. qꝛ non est tanta repugnantia eē sil duas spēs in intellectu. sic plures vel infinitas. ℭ Cōtra istas solutiones arguit̄. ⁊ primo ꝯ̄ primā. cū dr̄ ꝙ de⁹ nō pōt cognosci a nobis ꝭm ꝙ īfinit⁹. Cōtra qꝛ nos intelligim⁹ deū vt creatorē. sed vt est creator est īfinit⁹. qꝛ potētia creatiua est infinita. ergo ītelligimus eū vt infinitū. ℭ ¶Preterea. de⁹ intelligit̄ a nobis vt est finis vltim⁹. sed vt sic est infinit⁹. ergo intelligim⁹ eū vt infinitū. ꝓbatio maioris. qꝛ vt in h̄ scđo ter. ⁊ cō. 9. dicit̄. oē agēs ꝑ intellectū cognoscit vltimū finē vt vltim⁹ est. arguit̄. n. ibi sic. si fines eēnt infiniti. ergo nullū agēs ꝑ ītellectū est. qꝛ oē tale cognoscit finē vltimū ꝓpter quem agit. ꝓbatio minoris. qꝛ oīni bono finito ꝯtingit intelligere aliud magis bonū. si ergo de⁹ ꝭm ꝙ vltim⁹ finis nō sit bonū infinitū. ergo possum⁹ ītelligere mai⁹ bonū deo ꝭm ꝙ vltim⁹ finis. ergo aliqđ aliud preter deū erit vltimioꝛ finis: qđ est hereticū ⁊ absurdū. ℭ ¶Preterea. oīs cognitio ꝯplexa p̄supponit cognitionē terminoꝝ. sed infinitū attribuim⁹ deo ⁊ remouem⁹ a creatura. dicendo ꝙ de⁹ est infinit⁹ ⁊ creatura nō. ergo cognoscim⁹ ipsum īfinitū ꝭm ꝙ est alteꝝ extremū illi⁹ ꝯplexiōis. ⁊ vt sic attribuit̄ deo: ⁊ remouet̄ a creatura. ℭ Cōtra scđam cū dicit̄ ad argumētū ꝙ nihil significat̄. ⁊ tn̄ nō est intelligibile. Arguit̄. qꝛ voces sunt signa reꝝ mediantib⁹ ꝯceptib⁹: ergo nihil significat̄ qn̄ pri⁹ p̄cōcipiat̄ ⁊ p̄intelligat̄. ān̄s pꝫ p̄io peryermenias. voces sūt signa passionū que sunt ī aīa. ⁊ ibidē dr̄ ꝙ sicut voces sunt signa passionū. sic passiōes sunt signa reꝝ: Cōfirmat̄. qꝛ quarto hui⁹ dr̄. ꝙ si nihil ītelligit̄: nihil significat̄. ℭ ¶Preterea. īpossibile est ītelligere drīaꝫ extremoꝝ: nisi ipsa extrema intelligātur. sed nos ītelligim⁹ drīaꝫ inter ens ⁊ nihil. ergo cognoscimus ens ⁊ nihil. Cōfirmat̄. qꝛ priuationes ⁊ negationes sunt intelligibiles. cū de ipsis formēt̄ aliq̄ ꝓpositiōes. ⁊ tn̄ priuatiōes ⁊ negatiōes sunt formalr̄ nihil. ℭ Cōtra tertiā solutionē de spēb⁹ numeri. vr̄ ꝙ possumus intelligere numeros infinitos. qꝛ per spēm vni⁹ vnitatis pōt intelligi alia vnitas: sic vult Augu. ꝙ per spēꝫ vni⁹ solis possum⁹ intelligere quot volum⁹ soles. per spēꝫ ergo vni⁹ vnitatis pn̄t intelligi numeri infiniti per replicationē vnitatis: nō dico sil sed successiue ⁊ hoc sufficit. ℭ Cōtra solutionē q̄rtā lꝫ enim similitudo nā valeat oīno. tn̄ nō vr̄ eē aliq̄ repugnātia ex ꝑte ītellect⁹ qn̄ possint infinite spēs eē in intellectu ī actū p̄io. sic certū pōt terminare infinitas lineas. pōt enim intellect⁹ vt vr̄ scire infinita in habitu si eēt qui īprimeret infinitas spēs in ipso. veꝝ est tn̄ ꝙ ītellect⁹ nō pōt nālr̄ infinitas spēs acq̄rere. Cui⁹ rō est. qꝛ oꝫ ꝙ acq̄reret illas spēs ex actib⁹ suis: ⁊ per ꝯn̄s ꝙ p̄cederēt act⁹ infiniti. qđ ē īpōle. tn̄ ꝙ intellect⁹ hēat infinitas spēs ꝑ īfusionē: nō videt̄ incōueniens. sic forte habuit aīa xp̄i: de quo alias. qꝛ magis est alteri⁹ negotij. nec rōnes facte ꝓ opinione cogūt. Et iō ad primā cū dr̄ ꝙ ꝓpriū obm intellect⁹ nr̄i est quidditas rei mālis. dico ꝙ falsū est. sic ostensum est supra qōne. de cognitiōe subaꝝ sepataꝝ. pōt tn̄ ꝓ nūc ostēdi vnica rōne sic. nullus habitus potētie pōt aliqđ hr̄e ꝓ obō cōi⁹ obō illi potētie. qꝛ nūq̄ꝫ hit⁹ excedit potētiā cui⁹ ē. sed hit⁹ metha. hꝫ ꝑ obō ens inq̄ꝫtū ens. vt ipsemet ꝯcedit q̄ est alteri⁹ opiniōis. ens āt inq̄ꝫtū ens est cōi⁹ q̄dditate māli. ergo q̄dditas mālis nō ē obm adeq̄tū intellect⁹. ℭ Ad secundum respondeo ꝙ infinitū potest intelligi vnica ītellectione. Ad ꝓbationē cū dr̄ ꝙ hr̄et cognosci per vnam spēꝫ. concedo ꝙ potest cognosci per vnam speciem nō tamen genitā ab eo. sicut probatio procedit. vel dato ꝙ gigneret vnā spēm: nō seqt̄ ex h̄ ꝙ infinitum eēt terminatū. qꝛ forma teriat illud in quo est. illa aūt species genita ab infinito nō eēt in infinito. sed in ipso ītellectu finito cognoscēte. Cōtra illud ēt qđ dr̄ ꝙ nihil intelligit̄ a nobis vnica intellectiōe nisi per vnā spēm. arguit̄ sic. oē qđ pōt eē vnū extremū vni⁹ ꝯpōnis apud intellectū pōt ītelligi vnica intellectiōe simplici. sed pōle est aliqua duo quoꝝ due spēs sunt in intellectu eē vnū extremū vni⁹ ꝯpōnis apud ītellectū. ergo ꝛc. maioꝛ ꝓbat̄. qꝛ ītellectus tn̄ illud app̄hendit simplici app̄hēsiōe. p̄io qđ ꝯpōit cū alio. ꝓbatio minoris. qꝛ mons aureus nō intelligit̄ vna spē. cū nihil vnū tale sit in re ex. quod vnā spēꝫ facit in sensu ⁊ ꝑ ꝯn̄s nec in intellectu. ⁊ tn̄ ꝯstat ꝙ mons aureus est extremū vnius ꝯpōnis. vt si dicat̄ ꝙ mons aureus ē figmētū. vel aliqđ tale. ℭ ¶Preterea. multa possumus sil scire. ergo sil intelligere. ꝯn̄a pꝫ. qꝛ cuiuslibet sciti in actu est spēs in ītellectu in actu. ān̄s ꝓbat̄. qꝛ si considero vnā ꝯclusionē: ꝑ spēm in actu. ⁊ cognosco ꝑ pōle alias ꝑuas ꝯcl'ones in hitu. si nō hēo spēs illaꝝ duarum in actu: oꝫ ergo me inquirere spēs illaꝝ ꝯcl'onū. sed pono ꝑ pōle ꝙ singulare nō sit extra in re qđ possit facere spēm in sensu. ⁊ ꝑ ꝯn̄s nec in intellectu. vel tunc nūq̄ꝫ intelligā illā ꝯcl'onē. vel hēo illaꝫ spēꝫ in actu. sic de prima ꝯcl'one. nec ex v̄tute fantastica pōt abstrahi spēs illius ꝯcl'onis. qꝛ ibi nō pn̄t eē simul due spēs ꝭm te. sicut in intellectu. nec est incōueniēs plura accn̄tia ⁊ plures spēs eiusdē rōnis ⁊ gn̄is ꝭm esse intentionale esse in eodem subō simul. sicut duo lumina sunt in eadeꝫ parte medij. de quo dicetur ampli⁹ q̄nto hui⁹. ℭ Ad tertiā de ꝓportione obī ad potētiā dicēdū sicut prius. ⁊ pōt sic argui contra eum. quero de q̄ ꝓportione loq̄ris. qꝛ vel de ꝓportiōe numerali. vel de proportiōe pfectiōis. vel de ꝓportiōe finiti ad finitū. primo modo nō pōt. qꝛ eadē potētia numero pōt in plura obā numero. secundo modo non vt intelligitur proportio pfectiōis qđ aliq̄tiēs sūptū reddit aliđ. visus enī infinities sūptus non reddit solē qꝛ ē alteri⁹ rōnis. tertio mō nō. qꝛ ꝓportio potentie ⁊ obiecti est ꝓportio mouentis ⁊ moti. ⁊ tn̄ si aliqđ mouet̄ a finito pōt ēt moueri ab infinito. sicut celū pōt moueri a deo ꝙ nūc mouet̄ ab angelo. ℭ Ad formā iam superius dictum fuit ꝙ illa proportio cū sit motiui ad mobile magis req̄rit dissimilitudinē q̄ꝫ silitudinē.

¶ Opinio ergo predicta nō cogit q̄ztū ad rōnes nec valet q̄ztū ad responsiones.

**Quantum** Ad scđm pricipale prio premittā q̄sdā distinctiōes. scđo ōndā aliq̄s ↄclōnes. ¶ Quātū ad primū sit ista pria distinctio q̄ infinitū pōt tripl̄r accipi .s. negatiue: priuatiue: ⁊ ↄ̄rie. primo mō dr̄ ifinitū qđ ñ ē aptū natū finiri sed repugnat sibi eo mō quo dr̄ tertio phisi. tex. ⁊ cō. 34. q̄ pūct⁹ ē infinit⁹ sic vox ē inuisibilis. Infinitū priuatiue dr̄ qđ priuat finē vel finitatē in apto natos finiri. ⁊ hoc sonat vocabulū. Infinitū ↄtrarie ē qđ negat finitatē ponēdo eius oppositū. ⁊ isto mō logr̄ Arist. ⁊ boeti⁹ sup p̄dicamēta. caplo de q̄litate: vbi dic̄ sic ph̄s. q̄litati inest hr̄e cōtrariū sic iniustitia cōtrariat̄ iustitie. iniust⁹ enim cōtrarie dr̄ eo q̄ hȝ hitū contrariū ex actib⁹ ḡnatuȝ sic ifinitū ↄtrarie negat finitatē cū positiōe cōtrarij puta infinituȝ extensum sine terminis. ⁊ sic logr̄ ph̄s prio phisi. cōtra p̄menidē ⁊ melissum. Istud ifinitū ↄtrarie dem̄ p̄t dupl̄r intelligi: vno mō q̄ sit actu existēs sine termis. alio mō q̄ sit in potētia. quod diffinit ph̄s tertio phi. tex. ⁊ cō. 63. s. infinitū ē cui⁹ q̄ztitatē accipiētib⁹ sp̄ est aliqd ex̄ accipere. ita q̄ q̄ztūcūq̄ȝ accipiatur semp̄ est aliquid extra. si tñ eēt priuatiue vel negatiue nō semp̄ eēt aliqd ex̄ accipere. ergo infinitū duob⁹ modis vltimis. s. priuatiue ⁊ cōtrarie semper est in q̄ztitate molis vel vtutis. q̄ztitas aūt ois dicta proprie vel methaphorice ē magnitudo vel multitudo dicta p̄prie vel methaphorice. ergo ois infinitas talis est in magnitudine vel multitudine p̄pria vl̄ methaphorica. ¶ Secūda distinctio sit ista q̄ ifinitū pōt dupl̄r accipi. vno mō pro rōne infinitatis in se. alio mō pro substrato rōni infinitatis. ⁊ pro eo quod subest tali rōni. aliud est eniȝ querere de rōne infinitatis in se. ⁊ aliud de eo quod subest tali rationi infinitatis sicut aliud est querere de ente per accn̄s ⁊ aliud est querere de eo qđ subest vel est sub ente per accn̄s. ph̄s. n. sexto hui⁹ p̄bat q̄dā de ente p̄ accidēs. ex quo seqr̄ q̄ de ente p̄ accn̄s p̄t eē scia. ⁊ tñ ibi p̄bat q̄ de ente p̄ accn̄s ñ p̄t eē scia. primū itelligit̄ đ rōe ētis i se. scđm đ illo cui sb̄est. sic i p̄posito dr̄ đ ifinito.

**De secundo** declarabo. viij. ↄclōnes. pria ↄclō sit ista. Infinitū ↄtrarie i magnitudie vigoris vl̄ p̄fectiōis a nobis est intelligibile. hāc ōndo sic. de⁹ est ifinitus ↄtrarie in magnitudine perfectiōis. sed de⁹ ē a nob̄ intelligibilis. ergo ⁊c. maior pȝ. q̄r deus est infinit⁹ ⁊ ñ negatiue nec priuatiue. ergo ↄtrarie. minor est ↄ̄ sa superi⁹. ¶ Secūda ↄclō sit ista. Infinitū ↄtrarie in multitudine ñ p̄t cognosci a nob̄ sil̄ tanq̄ȝ vnū obm. hōc ōndo sic. intellectus q̄ icludit ↄtradictionē est impossibilis. sed intellectus itelligens ifinitū ↄtrarie in multitudine est huiusmodi. g°. ⁊c. maior est euidens. sed minor pȝ ex precedentib⁹. tū q̄r nō est dare infinitū in re in actu. tū q̄r infinita in multitudine sunt intelligibilia infinitis actib⁹: qđ repugnat intellectui nr̄o. ¶ Tertia ↄclusio sit ista. Infinitū cōtrarie i ml̄titudine nō pōt intelligi a nobis successiue. puta itelligendo vnū post aliud. hanc ostendo sic. Si infinitū i multitudine pōt intelligi successiue. ergo cōtingit ifinitū p̄trāsire. ↄ̄ñs est euidēter falsū. g°. ⁊ añs. p̄batio ↄ̄ñtie. q̄r si cōtingeret itelligere infinitū in multitudine successiue. oporteret totā istā multitudinē p̄trāsire. ¶ Notādū aūt ē q̄ ista ↄclō vr̄ ire ad mētē ph̄i: ⁊ certū ē q̄ de actibus intellect⁹ actu infinitis siue sil̄ siue successiue. q̄r virt⁹ nō sufficit ad tot actiones hñdas simul siue successiue ⁊ hoc mō loquit̄ ph̄s. habitual̄r aūt intelligi infinita per sp̄ēs proprias nō quidē nāl̄r acq̄sitas sed a deo ipressas forte nō est impossibile. de quo al̄ias. ¶ Quarta ↄ̄lō sit ista. infinitū cōtrarie in magnitudine quātitatis molis nō pōt intelligi a nobis. hāc ōndo sic. intellectus q̄ icludit ↄtradictionē ē iposibil̄. sed itelligere ifinitū in tali magnitudine icludit contradictionē p̄ q̄zto nō est dare tale infinitū in re. ergo ⁊c. ¶ Quinta ↄ̄lō sit ista. infinitū priuatiue in magnitudine molis nō pōt itelligi a nobis. ista probatur sic p̄cedēs. q̄r nō est dare aliquā talē magnitudinē q̄ sit apta nata finiri ⁊ nō sit actu finita. ⁊ iō intellectus intelligens tale infinitū repugnat rei. ¶ Sexta ↄclō sit ista. infinitū priuatiue i ml̄titudine nō pōt intelligi a nobis hoc pȝ sic p̄cedēs. q̄r nulla est ml̄titudo que sit apta nata finiri. ⁊ nō actu finita. q̄r itellectus intelligēs multitudinē infinitam repugnat rei. ¶ Aduertendū q̄ oēs p̄dicte ↄclōnes accipiūt infinitū p̄ re substrata ⁊ que subijcit̄ rōni infinitatis. ¶ Si aūt querat̄ de infinito accepto pro rōne infinitatis in se. sit ista septima ↄclō. s. q̄ ifinitū isto modo pōt intelligi a nob̄: quā sic ostendo. ipole ēst aliquid intelligere inēē vel nō inesse alteri nisi ipsum prius apprehendat̄ ab intellectu simplici. sed infinitū oi modo dictū possumus cognoscere alicui inēē vel non inēē. ergo necessario ipsum infinitū vt sic prius est apprehensum ab intellectu. Ex oībus p̄dictis ↄcludo correlatiue q̄ infinitū acceptū pro re substrata sic ē impossibile intelligi vel nō intelligi. sicut est possibile esse vel nō eē ex p̄te rei. vñ infinitū p̄fectiōe sic est deus est intellibile a nobis. Infinitū aūt in magnitudine molis vel i ml̄titudine s̄m actū nō. Item infinitū in essential̄r ordinatis vel in actu vel in potentia seu priuatiue seu cōtrarie nō p̄t intelligi a nobis. cui⁹ rō est q̄r repugnat rei. infinitū autē siue in multitudine siue in magnitudine: siue in q̄buscūq̄ȝ accidental̄r ordinatis si in potentia accipiat̄ p̄t intelligi a nobis. ⁊ h̄ potential̄r acceptū. vt sic semper intellectus cōformet̄ rei. ¶ Octaua ↄclusio sit ista. Infinitum negatiue pōt intelligi a nobis. h̄ p̄ȝ. q̄r pūctus vel vnitas potest intelligi a nobis. sed ipsa sunt infinita negatiue. ergo infinita negatiue p̄nt a nobis cognosci. Ex predictis patȝ quid sit dicendum ad questionem.

**Ad argumenta** Ad primū ⁊ ad cōfirmationē pȝ q̄ verū concludunt. q̄r arguūt de infinito in magnitudine perfectiōis. qđ est de⁹. vñ Damascenus q̄rto sententiaȝ dicit q̄ hoc solū possumus scire de deo q̄ est infinitus ⁊ incōprehēsibilis. ¶ Ad aliud cū arguit̄ q̄ infinitū pōt diffiniri ⁊ passiōes de eo demōstrari. dicēdū q̄ p̄bat de infinito accepto nō p̄ re substrata sed pro rōne infiniti in se. ¶ Ad aliud de infinitate sp̄ēȝ numeri ⁊ figure. dico q̄r oēs sunt intelligibiles a nobis nō simul sȝ successiue: tñ ñ cōtingit p̄transire. ¶ Ad vltimū cū arguit̄ q̄ si duo corpora ⁊c. dictum est q̄ infinite sp̄ēs p̄nt eē sil̄ i intellectu actu primo. nō nāl̄r. sed si a deo ifundant̄ sicut superius tactū est. ⁊ tñ ñ seq̄tur q̄ intellectus in actu scđo possit intelligere infinita. ¶ Ad auctes ph̄i in oppositum dico q̄ intelligit q̄ infinitas in multitudine que intelligit̄ p̄ diuersas sp̄ēs nō pōt intelligi a nobis esto q̄ intellectus hr̄et ifinitas sp̄ēs apud se. q̄r nō posset elicere sil̄ infinitos actus ⁊ op̄atiōes. nec posset itelligere vnū post aliđ q̄r ñ possȝ ea p̄transire. ¶ Et h̄ de scđo methap̄hice.

¶ Ampli⁹ āt ml̄tis exn̄tiū nō isunt oib⁹ oia: quonāq̄ȝ mō possibile est vñ principiū eē in immobilibus: aut boni naturam ⁊c. Qō. j.



**Circa tertium** librū meth. ¶ Queritur vtrū in imobilibus sit cā efficiens ⁊ final̄. ⁊ vr̄ q̄ sic. nā mediū demonstrationis reducit̄ ad gen⁹ cāe efficientis. sed scie mathe. que sunt de immobilib⁹ ve. đmōstrāt ergo in imobilibus est ve inuenire rōnem efficientis. maior est nota ex scđo phisico. Tex. ⁊ cō. 3. vbi ph̄s prin°. demonstratiōis enumerat inter causas efficientes rōne medij. ¶ Item primo posteriorum dicit q̄ principia demonstrationis sunt cause conclusionis. mediuȝ aūt non est cā

materialis: quia nõ intrat conclusionez. nec est causa formalis nec finalis. relinquit̃ ergo q̄ sit cã efficiẽs. ¶ Preterea imobilia sunt entia. ergo hñt rõnẽ finis. añs pz. sed ↄña ꝓbat̃. q2 qd hz rõnẽ entis hz rõnẽ boni: cum bonũ 7 ens ↄuertantur. finis ãt 7 bonũ sunt idẽ. vt dr̃ hic. ¶ Cõtra Aristo. hic in littera. tex. 7 cõ. 3.

Respondeo ad qõnez. primo p̄mittã aliq̃s distinctiones. scdo dicã ad qõnẽ. ¶ Quãtũ ad primũ sit ista prima distinctio q̄ imobilia sunt ĩ duplici gñe q̄dã sunt imobilia mouẽtia vt de9 7 intelligẽtie. q̄dã q̄ nõ mouẽt nec mouent̃ vt mathematica. ¶ Scda distinctio sit ista q̄ duplex est efficiẽs. q̄dã dãs eẽ sine motu. q̄dã dãs eẽ cũ motu. exẽplũ primi. de9 q̄ nõ agit interueniente motu. exẽplũ scdi. oẽ agẽs physicũ. ¶ Tertia distictio sit ista. q̄ duplex ẽ finis. q̄dã q̄ attigit̃ mediante motu. q̄dã q̄ attigit̃ sine motu. prim9 finis corrñdet scdo efficiẽti. scds finis prio. ¶ Quarta distinctio sit ista. q̄ mot9 repit̃ in aliq̃ tripl'r. s. vel effectiue. vl' subiue. vel termĩatiue. exẽplũ primi. de9 7 intelligẽtie. exẽplũ scdi. celũ 7 q̄dlibet mobile. exẽplũ tertij. albedo 7 q̄libet forma motũ terminãs. ¶ Quinta distictio sit ista: q̄ finis repit̃ ĩ aliq̃ dupl'r. vno mõ q2 ipz est finis. alio mõ q2 ordiat̃ ad finẽ: exẽplũ primi. de9 q̄ est finis oĩuz. exẽplũ scdi. creatura oĩs q̄ ad deũ vt ad finem ordinatur.

Quantum Ad scdm vidẽdũ ẽ. prio de efficiẽte. scdo de fine. de prio si sit sermo de immobilib9 prio mõ q̄. s. sunt imobilia mouẽtia. sic dico duo. primũ ẽ q̄ de9 est efficiens imobile sine motu. scdm dcm̃ est. oẽ efficiens immobile aliud a prima cã est efficiẽs p motũ. Si ãt sit sermo de imobilib9 scdo mõ. q̄. s. nec mouẽt nec mouent̃ vt sunt mathe. sic dico q̄ nullo mõ repit̃ ĩ eis real'r loquẽdo rõ efficientis. nec cũ motu nec sine motu. nã mathe. vt talia nõ hñt eẽ aliq̄d reale. ¶ De scdo q̄ztũ est de fine si sit sermo de imobilib9 prio mõ: q̄. s. sunt mouentia sic dico duo. primũ ẽ q̄ loquẽdo de fine prio mõ q̄ ẽ ipz quod est finis: sic finis reperit̃ in pria cã q̄ est oĩuz finis. scdm dcm̃ est q̄ loquẽdo de fine scdo mõ ꝓut finis repit̃ in aliquo q2 ipm ordinat̃ ad finẽ sic dico q̄ finis reperit̃ in oĩ creatura siue mobili siue immobili. ¶ Si aũt sit sermo de immobilib9 scdo mõ. sic põt dici q̄ in eis nõ est finis aliquo mõ real'r loquẽdo. Uel posset dici q̄ in eis est finis scdo modo vt finis reperitur in aliquo ꝑm q̄ ipz ad finẽ ordinat̃. nã mathe. eodẽ modo quo sunt aliquid circa primam causam ordinãtur ad ipsam ad quã oĩa entia vt ad finem nãliter ordinantur.

Sed hic est vnũ dubium vtz in immobilib9 possit motus reperiri. ¶ Dicẽdũ q̄ de motu subiue aliter est ꝑm viã phi. al'r ꝑm viam theologi. nã ꝑm phm̃ nec deus nec intelligentie pñt eẽ subm mot9 sed sunt simpl'r imobiles. ¶ Sed ꝑm viã thologoz oẽs intelligẽtie p̄ter primaz possunt moueri etiã local'r. q2 moueri de loco ad locũ nõ repugnat angelo. ¶ De immobilibus aũt mathe. pz q̄ ĩ eis nullo mõ est mot9 subiue real'r loquẽdo. Si ãt loquamur de motu terminatiue simpl'r. negandũ est motũ in imobilib9 esse. de deo quidẽ pz. q2 est oĩno iterminabilis. de intelligẽtijs etiã pz. q2 lz sint ꝑducibiles in esse nõ tñ p motũ q2 de9 a quo ꝑducte sunt nõ ꝑducit aliq̄d p motũ. De mathema. aũt pz q2 nõ ꝑducũt in eẽ p motũ. Si ãt loquamur de motu effectiue. sic dico q̄ tã in deo q̄z in intelligentijs est reperire motũ. q2 oẽs mouent vel mouere pñt. De mathe. ãt pz. q2 nec mouent nec mouent̃ real'r loquẽdo. sic ergo pz ad qõnẽ. ¶ Ad primũ in oppositum dicẽdũ est q̄ lz mediũ respũ ↄclusiõis dicat̃ hr̃e rõnẽ efficientis nõ tñ est hoc real'r loquẽdo 7 per motum. sicut loq̄tur h̃ phs. ¶ Cõtra. q2 discursus dmõstratiu9 vr̃ eẽ q̄dã motus. ¶ Rñdeo. q̄ nõ ẽ mot9 realis. q2 fit per intellectũ. ¶ Ad scdm dicẽdũ q̄ ñ oẽ bonũ hz rõnẽ finis nisi illud ad quod omnia alia ordinãtur. mathe. ãt lz aliq̄liter possint dici eẽ ordinata ad finẽ extrinsecũ. tñ in eis non ẽ finis ad quẽ aliud ordinatur. ita q̄ vnũ sit finis alterius proprie loquendo.

¶ Nõ ãt possibile gen9 existentiũ vnũ esse: neqz vnũ: neqz ens. nã necesse differentias. cuiuslibet generis eẽ 7 vnũ eẽ quãlibet. ipossibile ẽ aũt predicari: aut spẽs generis de proprijs differẽtiis aut generis sine suis spẽb9. Quare si est vnum genus aut ens: nulla differentia: nec vnum: nec ens erit 7c.

Qõ. ij.

Queritur Utrũ genus predicet̃ de differentia per se. Et vr̃ q̄ sic. nã homo per se est rõnalis. ergo rõnale per se est homo. ergo rõnale per se ẽ aĩal. consequẽtia prima ꝓbatur. q2 propositio necessaria cõuertitur in necessariũ. ex primo prioruz. ergo per se ĩ p se. secũda ↄsequẽtia ꝓbat̃. q2 hõ p se est aĩal. si ergo rõnale per se est hõ. seq̄tur q̄ per se est aĩal. ¶ Preterea hõ p se est aĩal. hõ per se est rõnalis. ergo rõnale per se est aĩal. ista illatio probat̃. q2 sicut ex p̄missis necessarijs seq̄t̃ conclusio nec̃ia. ita ex per se per se. ¶ Preterea septimo h9 dr̃: q̄ qñ aliq̄d de alio p̄dicatur p se prio mõ. vnũ p̄dicatur de alio ẽt in abstracto. ergo iste sunt ṽe. humanitas ẽ rõnalitas. 7 hũanitas est aĩalitas. q2 iste sunt per se in primo mõ. hõ ẽ rõnalis. hõ est animal. ergo seq̄t̃ q̄ rõnalitas. est aĩalitas. 7 tũc ↄcretũ predicabit̃ de ↄcreto p se primo mõ. dicendo q̄ rõnale est aĩal. ¶ Preterea. si genus per accñs p̄dicat̃ de dĩa. ergo per accñs p̄dicat̃ de spẽ. ↄñs est falsum: ergo 7 añs. ꝓbatio ↄñtie. q2 qñ aliq̄d p̄dicatur de aliquo p accñs: p̄dicat̃ per accñs de quocũqz in quo illud formal'r includit̃. differentia ãt formal'r icluditur in spẽ. ergo si genus predicatur p accñs de dĩa. p̄dicat̃ 7 de spẽ p accñs. ¶ Cõtra. q2 si sic. ergo vnũ aĩal erit multa aĩalia. ↄñs est falsũ. ergo 7 añs. probatio cõsequentie q2 aĩal 7 rõnale includunt̃ in cõceptu spẽi. puta hoĩs aut ergo idez aĩal importat̃ per gen9 7 dĩaz. aut aliud 7 aliud. si primũ. ergo erit nugatio in diffinitione hoĩs. si scdm. hr̃ ꝓpositũ q̄ hõ erit duo animalia.

Respondeo q̄ genus nõ p̄dicat̃ p se de dĩa. qd pz p Auicẽ. v. metha. dicẽtẽ. q̄ lz gen9 7 dĩa p̄dicent̃ de toto. i. de spẽ. nõ tñ significat totũ p se. lz gen9 significat mãle. dĩa aũt formale vtrũqz ãt significat ptez spẽi p modũ toti9. 7 sicut mãle est extra formale. sic conceptus generis est extra cõceptũ differentie.

Ad argumenta Ad primũ negãda est cõsequentia. lz ẽ fallacia cõsequentis. ꝑseitas ãt significat cãm p̄dicati esse in subo. supi9 aũt nõ hz cãz q̄re inferi9 sibi ĩsit. lz magis ecõuerso. ĩ subo ergo põt esse cã ihe rẽtie p̄dicati. lz in p̄dicato nõ sit cã q̄ subm sibi insit. Ad ꝓbationẽ dico q̄ nõ valet silitudo de ꝓpõne p se 7 nec̃ia. Rõ hui9 est. q2 antecedẽs nõ p̄t esse vez vel nec̃ariũ: nisi ẽt cõseq̄ues sit vez vel nec̃ariũ: alioq̄n posset eẽ vez sine illo. ꝓpõ ergo cõuersa non p̄t eẽ ṽa seu nec̃aria q̄ se hz vt añcedens: nisi ꝓpõ conuertens q̄ se hz vt cõsequens sit ṽa seu necessaria. verũtñ añs põt hr̃e cãz q̄re p̄dicatũ vel cõsequens sibi insit. lz nõ ecõuerso vt dcm̃ est. alioq̄n vlis affirmatiuã conuerteret̃ simpl'r. q2 p se p̄supponit de oĩ. ꝓpositio ergo p se ñ nec̃ario cõuertit̃ in p se. ¶ Ad scdm p idez. q2 lz ex p̄missis nec̃arijs q̄ se hñt vt añs in syllogismo non possit seq̄ conclo nisi necessaria q̄ se hz vt consequens. alioq̄n p̄misse possent eẽ ṽe sine conclõne. tñ ex p̄missis p se p̄t sequi cõclo per accidẽs. lz necessaria. ¶ Cõtra. primo posteriorum dr̃. q̄ si per accidẽs. ergo non necessariũ. Respondeo. illud est verum de accñtibus cõparatis ad subm. predicatio enim p accñs generis de differentia: nõ est aliq̄s mod9 per accñs qui opponit̃ ad necessarium. de quo per accidens habet̃ prio posterioz. qñ. s. p̄dicat̃ accñs de accidente. vel accidens de subo. vel subiectũ de accidente. 7 de tali veruz est q̄ si per accñs. ergo

nō necessariū. dr̃ia aūt nō est ꝓprie accidens gn̄is. nisi accipiēdo accidens alicui⁹ qđ est ex̄ ꝯceptū qdditatiuū ⁊ formalē. ⁊ iō talis ꝑdicatio per accidēs pōt sil' stare cū necio.

¶ Ad tertiū dicēdū ꝙ premisse sunt false. s. humanitas ē aialitas. ⁊ silr humanitas est rōnalitas. Ad ꝓbationē est sciendū ꝙ duplex ē cōcretio. ⁊ duplex est abstractio. vna ꝯcretio est ad subm. puta qñ aliqd denoīat aliud qđ est ex suā essentiā. alia ē ad suppositū. puta qñ aliqd significat aliquid per modū denominantis aliquid proprie nāc. exemplū primi. albū quod denoīat subm. exēplū secūdi. vt hec albedo est albedo. Silr ē duplex abstractio corrn̄dēs vna a subo. alia a supposito ꝓprio. exēplū primi. cū albedo abstrahitur ab hoie. exēplū secūdi. cū albedo abstrahitur ab hac albedine. ⁊ hō ab hoc hoie. ¶ Ad formā ergo rōnis dico ꝙ dictum phi septimo hui⁹ ē de cōcretis ⁊ abstractis scđo mō. sed nō primo mō. vñ si hec est va. hic hō ē hō: hec est va. hec hūanitas est humanitas. nō tñ sic se hꝫ in ꝯcretis ⁊ abstractis primo modo. nō eni valet. si hō est alb⁹. ergo hūanitas est albedo. Ratio hui⁹ est. q2 in ꝑdicatiōe per se primo mō est ꝑdicatio rōne qdditatis. qñ aūt ꝑdicatū est intra qdditatē subiecti: preciso quocūqꝫ alio adhuc est de intellectu subi. sed si sit cōcretū ad subꝫ: subm est extra. nec ꝑdicatū est idē subo. Ad ꝓpositū dico ꝙ rōnale in cōcreto iō predicat' de hoie. q2 rōne suppositi significat per modū toti⁹. i abstracto āt aufert' iste mod⁹ ⁊ significat per modū ptis. pars aūt nō predicat' de toto. quare iste ambe sunt false. humanitas ē animalitas. humanitas est rōnalitas. ¶ Ad quartū nego ꝯñtiam. ad ꝓbationeꝫ dicendū ꝙ ista maior est va: si illud dat intelligere ⁊ facit vnū per accn̄s cū alio. differentia aūt cum genere ⁊ facit vnū per accidens. sed vnuꝫ per se. ¶ Aliter dr̃ ⁊ est idem ꝙ si gen⁹ predic at' de differentia per accn̄s. ꝓprie nō ē ꝑdicatio per accidens. q2 nō ē in aliquo istorum triū modoꝝ q ponūtur primo poste. sed est ꝑ accn̄s largo mō. eo ꝙ ꝑdicatū est extra rōnē subi: ⁊ sic per accn̄s diuiditur cōtra per se primo vel secundo modo.

¶ Silr āt hꝫ circa nūc i tpe. nō. n. hoc cōtingit fieri ⁊ corrumpi: attamē videt' aliqd semp eē. nō substantia aliqua existens ⁊c. Q. iij.



Ueritur Utrū idē nūc vel instās sit i toto tpe. ¶ Et est vna opinio satis cōis que orit' ex hoc tertio. ⁊ etiam ex. iiij. phicoꝝ. caplo de tpe. ꝙ est idē ꝫm subaꝫ in toto tpe: lꝫ sit aliud ⁊ aliud ꝫm eē. Q d ostendit' sic. substantia ipsi⁹ nūc corrn̄det substantie ipsius mobilis. variatio aūt ipsi⁹ nūc ꝫm eē corrn̄det variationi mot⁹. vñ ꝫm decēxū mot⁹ variat' nūc ꝫꝫ esse. lꝫ maneat idem ꝫm substantiam propter idētitatem mobilis in toto motu. ¶ Sed cōtra istā opinionē inq̄ꝫiuꝫ vba videtur sonare arguit' per duas rōnes phi q̄rto phicoꝝ. primo sic. illa dr̃r sil' que sunt in eodē nūc indiuisibili. si ergo idē est nūc in toto tpe. ergo illa q̄ fuerūt in millesimo āno: ⁊ que sunt hodie erūt simul quod est falsum euidenter. ¶ Rn̄det' ꝙ oīa pn̄t eē in eodē nūc realr. sicut vnū mobile realr per suū motū hꝫ esse in oīb⁹ partib⁹ spacij. nō tñ oīa sunt in eodē nūc ꝫm rōnē sicut nec ē idē mobile ꝫm rōnē. vt hꝫ eē in diuersis partib⁹ spacij. ¶ Cōtra vniformitas silitatis accipienda est corrn̄dent' idētitati ipsius nūc. vt que sunt in eodē nūc realiter sint sil' realr. ⁊ q̄ sūt in eodē nūc ꝫꝫ rōnē: sint sil' ꝫꝫ rōnē: si ergo i toto tpe ē idē nūc realr. ⁊ alterū ꝫm rōnē. sequit' ꝙ illa que fuerunt in millesimo anno ⁊ que sunt hodie erūt sil realr ⁊ ꝫm veritatē. lꝫ nō sint sil' ꝫm rōnem. qđ null⁹ sane mētis diceret. ¶ P scđo cuiuslibet cōtinui sunt duo termini distincti. lꝫ tps est quoddā cōtinuū cuius termini sunt ipa nūc. g°. ipa nūc sūt distincta. Ista rō declaratur. q2 ipsuꝫ nūc ꝫm subaꝫ est aliquod indiuisibile de genere quantitatis. tūc quero cuius continui sit termin⁹ vl' cui⁹ discreti sit ps: q2 oē indiuisibile qđ est per se de gn̄e q̄ꝫtitatis vel est termin⁹ continui. vel ps discreti. si ponitur pars discreti. ergo tps ponitur discretum quod phs nō cōcederet ꝓprie loquēdo. Si ponit' termin⁹ cōtinui oꝫ ergo ꝙ sit aliud ⁊ aliud ꝫm ꝙ terminat aliā ⁊ aliam partē cōtinui. quod est propositū. Respondetur ꝙ vnum ⁊ idē nūc ꝫm rem potest terminare aliquod tempus ex vtraqꝫ parte sicut vnuꝫ ⁊ idē mobile per suū motū terminat aliquod spaciū ex vtraqꝫ pte. q2 prius existens in pricipio alicuius spacij fit postea per motū in fine illius spacij. ¶ Cōtra. q2 illa eē accidunt illi nunc eidem ꝫm substantiam ⁊ ꝫm rem. q2 per te illud nunc manet idem sub diuersis esse. ⁊ per ꝯn̄s illa eē accidūt sibi. ergo nunc temporis nō per se sed per accn̄s est termin⁹ tpis. qđ est falsum. nā oē indiuisibile de gn̄e q̄ꝫtitatis per se terminat q̄ꝫtitatē vel est pars discreti. q̄re sequitur ꝙ tale idē nūc non sit indiuisibile per se de genere q̄ꝫtitatis. ¶ Preterea illa eē quero cuius generis sint si sunt indiuisibilia de gn̄e q̄ꝫtitatis. ergo sufficiunt ad terminandū ꝓpriū ꝯtinuuꝫ absqꝫ illo nunc ꝫm substātiam. qđ null⁹ diceret. Si aūt sint alteri⁹ gn̄is. puta q̄litatis. ergo q̄litas ꝑ se ē rō terminādi cōtinuū i gn̄e q̄ꝫtitatis. qđ ē falsum. videntur ergo rōnes phi stare. nec ipse eas aliqñ soluit. ¶ Preterea ad principale. si idē nūc ꝫm substātiā flueret ꝑ totū tempus. ergo totus ei⁹ flux⁹ cōponeret' ex indiuisibilibus. ⁊ per cōsequens tps cū ꝫm eos nūc fluens causet tps. ꝯn̄s est manifeste falsuꝫ. ergo ⁊ antecedēs. ꝓbatio consequentie. q2 nunc indiuisibile non posset fluere nisi ꝫm eē diuersa que necessario sunt indiuisibilia. ꝓbat aūt phs. vj. phisi. tex. ⁊ cō. 89. ꝙ indiuisibile nō pōt moueri. q2 tūc mot⁹ ei⁹ ꝯponerent' ex indiuisibilib⁹. q2 prius ptransit' minus vel equale q̄ꝫ maius. ergo tps eēt cōpositū ex indiuisibilib⁹. qđ est cōtra phm. Preterea oīs mutatio habet aliquam mensuram. si ergo idē nunc ꝫm substantiam mutatur ꝫm diuersa esse oportet. ipsius vl' suoꝝ esse querere aliq̄ꝫ mensuram. illa vel erit tempus vel erit nunc. ⁊ sic in infinitum. ¶ Dicendū ergo aliter ꝙ nūc est aliud ⁊ aliud ꝫm substantiam in toto tempore. sicut est alius ⁊ alius punctus in tota linea. sed ad saluanduꝫ philosophum qui prima facie videtur dicere oppositum est notandum ꝙ non est intentio philosophi ꝙ idem nunc maneat in toto tempore. sed quodcunqꝫ vnum nunc de pluribus consideratum ꝫm se est idē. ⁊ h̄ est dicere eē ideꝫ ꝫm substātiam. consideratum autem in ordine ad temp⁹ preteritum ⁊ futurum non. sed cum sit terminus preteriti ⁊ principium futuri dicitur distingui ꝫm esse. quia alia est ratio finis ⁊ principij. vt sic. vnum ergo nunc habet identitatem ꝫm substantiam id est a se ⁊ ꝫm se ⁊ habet diuisionem ꝫm eē respectu partium temporis: ⁊ non est tāta identitas instantis in toto tempore cum sint infinita instantia q̄ꝫta est identitas vnius instātis. ergo in toto tempore necesse est esse aliud ⁊ aliud nūc ꝫꝫ substantiā. ¶ Et ad hoc valet declaratio philosophi quam isti addunt pro se de mobili quod manet idem. non quideꝫ mobile vt absolute precedit mutationem. quia hoc modo non est tempus mensura eius nec aliquid pertinens ad tempus. sed forte vt sic euum est mensura eius: de quo al's. sed mobile vt est sub vna mutatione est idem ꝫm substantiam id est ꝫm eē illius mutationis considerate in se vel ꝫm se. est autem aliud ꝫm esse. id est vt sub illa mutatione terminat preteritum ⁊ initiat futurum. ꝫm hoc dicitur alibi ⁊ alibi esse non quidem actu sed in eodem vbi medio inter: extrema inquantum illud terminat motum ꝫm prius vbi. ⁊ inchoat motum ꝫm postreius vbi. dicitur autem alibi ⁊ alibi eē quatinus mutari est aliquid vtriusqꝫ extremi. ¶ Et hec de tertio methaphisice.

¶ Ens autem multis modis dicitur. sed ad vnū ⁊ ad vnam aliquam naturam. sed non equiuoce. ⁊c. Q. j.

circa



Circa quartũ librum methaphisice. queritur. vtruz ens vniuoce predicetur de omnibus entib⁹: vr q nõ: p porphiriũ. Si quis inqt oĩa entia vocet equiuoce nũcupabit. ¶ Cõfirmaꝛ. q: nihil vnũ predicaꝛ vniuoce de oĩbus pp infinitatẽ entiũ in nã. ¶ Cõtra phus h in littera. Tex. ꝛ cõ. 2. dicit q ens mꝉtipliciter dr. non tñ eqvoce. ergo vniuoce: si vniuocũ ꝛ equocũ sũt immediata.

Respõdeo In ista qõne p̃io recitabo vnã opionẽ. scdo dicã alr ad qõnẽ. ¶ Quãtũ ad primũ sciẽdũ est q ẽ vna opinio antiq quã ẽt sequũꝛ aliq moderni tenẽtes ptẽ negatiuã. p q̃ arguiꝛ multiplr. p̃io auctoritatibus. nã. iiij. huius. Tex. ꝛ cõ. 2. dicit phs q ens diciꝛ de entibus sic sanũ de sanis. ꝛ q metha. ẽ vna scia nõ q: oĩa illa de qbus est dicanꝛ ßm vnũ sꝫ ad vnũ. i. nõ vniuoce sꝫ analogice. ergo sꝫm metha. qd est ens nõ est vniuocũ sꝫ analogũ. ¶ Preterea. vij. hui⁹. Tex. ꝛ cõ. 13. diciꝛ q q̃litates ꝛc. accñtia sũt entia sicut logici dicũt nõ ens cẽ ens ꝛ nõ scibile esse scibile. ꝛ sicut vas dr salubre ꝛ corpus: sꝫ in oĩbus istis nõ est vniuocatio ei⁹ qd diciꝛ de plurib⁹. pꝫ ergo ꝛc. ¶ Preterea p̃io phi. Tex. ꝛ cõ. 13. dicit phs q principiũ pcedẽdi ꝯtra parmenidẽ ꝛ melissũ est. qm̃ ens diciꝛ multiplr. Arguiꝛ ẽt p rõnes ꝛ p̃io sic. si ens est vniuocum ad oĩa entia. ergo ens est gen⁹. ꝯñs est falsũ. ꝛ ꝯ phm̃ tertio metha. Tex. ꝛ cõ. 10. Ergo ꝛ añs. pbatio ꝯñtie. q: tũc ens diceretꝛ in qd de plurib⁹ differẽtib⁹ spẽ. qd est pprium generi. ¶ Cõfirmaꝛ rõ q si ens est hmõi. ergo p̃dicaꝛ de entibus ßm rõnẽ alicui⁹ vl'is nõ differẽtie. q: nõ p̃dicaꝛ in q̃le. nec pprij. nec accñtis. q: h sũt extra essentiã ei⁹ de quo dicunꝛ: nõ sicut ens. nec ẽt p̃dicaꝛ vt spẽs vt pꝫ. ergo relinquiꝛ q p̃dicaꝛ vt gen⁹. ¶ Preterea si ens est vniuocũ ad decẽ gñã. ergo descẽdit in illa p aliquas differentias. sint. a. ꝛ. b. aut ergo. a. ꝛ. b. includũt ens aut nõ. si sic. ergo in cõceptu cuiuslibet generis gñalissimi icluderetꝛ bis ens. ꝛ p ꝯñs nugatio. Si nõ. ergo. a. ꝛ. b. nõ sũt entia. ꝛ tũc ñ ens erit de itellectu entis. nã. a. ꝛ. b. icludunꝛ in ꝯceptib⁹ decẽ generꝫ. ¶ Preterea. illa q̃ sũt totaliter ꝛ imediate sub extremis ꝯ̃dictionis nihil est cõe vniuocũ. sꝫ de⁹ ꝛ creatura. suba ꝛ accñs sũt hmõi. nã sũt sub istis extremis ꝯ̃dictiõis depẽdere ꝛ nõ depẽdere. cãtũ ꝛ nõ cãtũ. cẽ ab alio ꝛ nõ cẽ ab alio. pꝫ ergo. q nihil est eis cõe vniuocũ. pbaꝛ maior q: ois cõcept⁹ cõis est neuter respectu illoꝝ qb⁹ est cõis. sꝫ nullus cõceptus respectu ꝯ̃dictorioꝝ est neuter. sꝫ est necessario alter illoꝝ. alioqn ꝯ̃dictoria hẽrẽt mediũ. ¶ Preterea q̃ sũt p̃io diuersa in nullo ꝯueniũt. sꝫ de⁹ est primo diuersus a creatura ꝛ vnũ p̃dicamentũ ab alio. ergo nec deus ꝛ creatura nec decẽ gñã ꝯueniũt in aliquo. nec p ꝯñs ĩ aliq ꝯceptu cõi vniuoco. maior ẽ euidẽs. sꝫ p̃ª ps minoris de deo ꝛ creatura pbaꝛ. q: alioqn de⁹ hr̃et q̃ ꝯueniret ꝛ q̃ differret creatura. ꝛ ita ñ cẽt simplr simplex. scda ps de d cẽ gñib⁹ pbaꝛ. q: alr nõ cẽt negatiua imediata qñ negaꝛ vnũ gen⁹ gñalissimũ ab alio. ꝯñs est falsũ. ꝛ ꝯ phꝫ p̃io poste. pbatio ꝯñtie. q: tũc extrema illi⁹ negatiue ꝯueniũt in aliquo toto. puta in ente. qd nõ põt cẽ in ppõne imediata negatiua: sic dr p̃io poste. vbi supra. ista ergo negatiua. quãtitas non est suba. nõ ẽt imediata. ¶ Preterea vbi tñ ẽ vnitas attributiõis nõ põt cẽ vnitas vniuocatiõis. sꝫ oĩa entia attribuunꝛ ad subam in rõne entis. vt diciꝛ in hoc quarto. Tex. ꝛ cõ. 2. Itẽ creature ad deũ in rõne entis ꝯꝫ ponẽ vnitatẽ attributiõis. ergo ens nõ ẽ vniuocũ p̃dictis.

Quantũ Ad scdꝫ alia ẽ opio quã teneo tãq̃ꝫ verã. q ens est vniuocũ deo ꝛ creature. sube ꝛ accñti. ꝛ gnã liter oĩb⁹ entib⁹ de qb⁹ p̃dicaꝛ. ¶ Ad cui⁹ euidẽtiã p̃º p̃mittã vnã distictionẽ. scdo oñdã triplicẽ ꝯclõnẽ. ¶ De p̃º sciẽdũ ẽ q vniuocatio ẽ triplex. q̃dã ẽ vniuocatio phica. q̃dã logica. ꝛ q̃dã metha. vniuocatio phica ẽ vnitas nãe ex nã rei circũscripto oĩ ope itellect⁹. de illa vniuocatiõe loquiꝛ phs. vij. phi. Tex. ꝛ cõ. 31. qñ dicit. q ĩ spẽ spãlissima ẽ p prie ꝯparatio ꝛ nõ in gñe: q̃tenꝫ spẽs dic vnã nãꝫ ꝛ vniuocã. nõ ãt gen⁹. sꝫ latẽt equĩocatiões ĩ gñib⁹. gen⁹. n. dr equocũ equocatiõe opposita vniuocatiõi phice eo q ñ corñdet sibi vna nã vl' ypostasis extra. sꝫ p'les pꝫ q dic cõmẽ. ꝛ themisti⁹ sup primũ de aĩa. cõ. 8. vniuocatio ista solũ est ĩ spẽ spãlissima q̃ vere dic vnã nãꝫ vnitate reali. minore tñ q̃ꝫ sit vnitas nũeralꝭ: sic declarabiꝛ ĩ. vij. ¶ Uniuocatio logica ẽ vnitas alicui⁹ realitatis vl' itẽtiõis p̃ie sub vna itẽtione logica ꝯcepte. U. g. sub itẽtiõe gñis vl' dr̃ie vel alicui⁹ alteri⁹ scde itẽtiõis. Logic⁹. n. ꝯsiderabit hmõi itẽtiões secũdas adiũctas primis. Ex q̃ ꝯcludo correlariẽ p̃º q aliqd trãscẽdẽs ẽ pprie vniuocũ vniuocatiõe logica: q: lꝫ nulla scda itẽtio ĩ gñe puta gen⁹ ꝛ dr̃ia ꝯpetit alicui trãscẽdẽti ꝛ exñti ex gen⁹: sic pꝫ: aliq̃ tñ ꝯpetit sibi puta itẽtio vl'itatis q̃ ẽ logica ꝛ scda itẽtio. ¶ Secũdo ꝯcludo q aliqd ẽẽ vniuocũ vniuocatiõe logica ꝛ equocũ equocatiõe phica ñ repugnat. pꝫ. n. ex p̃dictis q gen⁹ est equocũ equocatiõe phica. ꝛ tñ ẽ vniuocũ vniuocatiõe logica. ¶ Uniuocatio metha. ẽ vnitas alicui⁹ p̃ie itẽtiõis abstrahibilꝭ p itellectũ a plib⁹ ex nã rei circũscripta q̃cũqꝫ itẽtiõe. 2ª vel logica: ꝛ h mõ trãscẽdẽtib⁹ ñ repugnat vniuocatio. vt diceꝛ ex q̃ cõcludiꝛ correlariẽ q aliqd ẽ vniuocũ metha. qd nõ ẽ vniuocũ pprie phice loq̃ndo. ¶ De. 2º. sit ista p̃ia ꝯclusio. Ens cõiter sũptũ nõ ẽ vniuocũ oĩb⁹ entib⁹ vniuocatiõe phica. hãc oñdo sic ꝯceptui entis cõiter sũpti nõ rñdet vna nã ĩ re ex. ergo ꝯcept⁹ entis nõ ẽ vniuoc⁹ vniuocatõe phica. añs ẽ euidẽs. q: ꝯceptui entis ĩ cõi sbsũt oĩa entia de qb⁹ certũ ẽ q nõ dñt aliquã vnã nãꝫ. ꝯña ẽt pꝫ ex p̃cedẽtib⁹. ¶ Scda ꝯclusio sit ista. ens cõiter sũptũ ẽ vere vniuocũ oĩb⁹ entib⁹ vniuocatiõe logica. hãc oñdo sic. illud qd dic aliquã vnã realitatẽ vel p̃imã itẽtionẽ ꝯceptã sub aliq̃ itẽtiõe logica ẽ vniuocũ vniuocatiõe logica: sꝫ ens cõiter sũptũ ẽ hmõi. ergo ꝛc. maior pꝫ ex diffinitiõe vniuocatiõis logice posite sup⁹. mior ẽt ẽ euidẽs. q: lꝫ ens cõiter sũptũ nõ ꝯcipiaꝛ sub itẽtiõe gñis vel dr̃ie vel alicui⁹ alteri⁹ secũde itẽtiõis ĩ gñe. ꝯcipiꝛ tñ vel põt ꝯcipi sub itẽtiõe vl'is q̃ vtiqꝫ ẽ itẽtio secũda vel logica. ¶ Tertia ꝯclõ sit ista. ens cõiter sũptuꝫ est vere vniuocũ oĩb⁹ entib⁹ vniuocatiõe metha. sic itelligẽdo q ens dic aliquẽ vnũ ꝯceptũ realẽ abstrahibilẽ ab oĩbus entib⁹ pticipãtib⁹ ens qdditatiue. ßm quẽ ꝯceptũ ens ẽ p̃dicabile de oĩ ente vniuoce ꝛ realr. ꝛ inq̃t. hãc oñdo sic oĩs intellect⁹ cert⁹ ꝛ de vno ꝯceptu ꝛ dubi⁹ de duob⁹ in qbus ille cert⁹ qdditatiẽ icludiꝛ: hꝫ ꝯceptũ illũ de q̃ ẽ cert⁹ aliũ a ꝯceptib⁹ de qb⁹ ẽ dubi⁹ ꝛ vniuocũ illis. sꝫ itellectus hoĩs põt cẽ cert⁹ de aliq̃ q sit ens dubitãdo vtrũ sit deus vel creatura. suba vel accñs. ꝛ sic de alijs in qb⁹ ꝯcept⁹ entis qdditatiue icludiꝛ sic pꝫ. ergo ꝯcept⁹ entis ẽ ali⁹ a cõceptib⁹ dubijs ꝛ vniuoc⁹ eis ita q ex se ẽ neuter ꝛ icludiꝛ in vtroqꝫ istoꝝ. maior pbaꝛ. q: ĩpossibile ẽ eũdẽ ꝯceptũ eidẽ intellectui simul cẽ certũ ꝛ dubiũ. ergo vel ẽ ali⁹ ꝛ hr̃ ppositũ. vel nullus. ꝛ tũc nõ ẽ certitudo de aliq̃ ꝯceptu. ẽ ergo ali⁹: ꝛ si qdditatiẽ icludiꝛ in illis: seqꝛ q nõ tm̃ ẽ ali⁹ sꝫ ẽt vniuoc⁹. mior declaraꝛ. p̃º d deo ꝛ creatura: q: qlibꝫ phs ãtiqu⁹ fuit cert⁹ illud qd põebat p̃imũ p̃cipiũ cẽ ens. puta vn⁹ q posuit ignẽ p̃cipiũ: ali⁹ aquã. qlibet. n. erat cert⁹ ignẽ vel aquã cẽ ens. erat tñ dubiũ vtrũ cẽt ens creatũ vl' icreatũ. primum: vel ñ primum: nõ. n. erat cert⁹ q cẽt ens primum: q: tũc fuisset cert⁹ de falso. falsũ ãt nõ ꝯtigit scire nec erat cert⁹ q cẽt nõ p̃imũ: q: tũc nõ posuisset oppositũ. ¶ Secũdo pbaꝛ de suba ꝛ accñte. Nã phi diuersi diuersimode opinati sũt de lumie quoꝝ vnus ponit q sit accidens. alius q sit corp⁹ ꝛ substãtia: ꝛ ille quidẽ q ponit q est suba ẽ cert⁹ q est ens: sꝫ nõ est cert⁹ q sit suba: q: tunc cẽt cert⁹ de falso. nec q nõ est substãtia: q: oppositũ ponit

Rñdetur

¶ Rñdet q̄ qlibet talis philosophus habuit duos ɔce-ptus in itellectu suo ꝓpinquos q̄ pp ꝓpinqtatē analogie videnṫ esse vnus cõceptus: ⁊ pp istam ꝓpinquitatem qua videnṫ vnus ɔceptus videṫ esse certus de vno ħ est de il-lis duobus dubie cõceptis. ¶ Cõtra q̄ꝛ ex ista euasione videṫ destrui oīs via ꝓbãdi vnitatē vniuocã alicuiꝰ cõce-ptus. Si enī dicis hoīem hēre vnū cõceptū cõem ad sor-tez ⁊ platonē: negabiṫ tibi ⁊ diceṫ tibi q̄ sūt duo ɔceptus sed videṫ vnus ꝓpter magnā ꝓpinquitatē ⁊ silitudinem. ¶ Cõfirmaṫ rō principalis q̄ꝛ oīs cõceptus p̄dicabilis ꝺ pluribus ſm vnū nomē ⁊ vnā rõnē ē vnus vnitate vniuo cationis: hec enī est descriptio vniuoci in anṗdicamētis: sed cõceptus entis est hmōi: nā p̄dicaṫ in q̄d ⁊ icluditṫ q̄d ditatiue in entibus iferioribus de q̄bus diciṫ q̄ꝺ pꝫ. ⁊ per cõsequēs p̄dicaṫ ſm nomē ⁊ diffinitionē: ergo ɔceptꝰ en-tis est vniuocus. ¶ Preterea prima dignitas seu primū principiū nõ est multiplex: ergo nec ens. ⁊ p ɔñs vniuocū. añs pꝫ. q̄ꝛ primū pricipiū nõ ē distinguendū cū sit notissi-mū ⁊ firmissimū ex q̄rto huiꝰ. Tex. ⁊ cõ. 9. ɔña ꝓbaṫ: q̄ꝛ primū pricipiū ɔstituiṫ ex ente: q̄re si primū principiū nõ est multiplex: ergo nec ens ex quo ɔstituiṫ. ¶ Preterea ꝓ-baṫ spāliter q̄ sit vniuocū ad substātiā ⁊ accñs sic. si ens nõ est vniuocū substātie ⁊ accñti: ergo itellectꝰ noster ñ põt hēre ɔceptuꝫ q̄dditatiuū de suba. ɔñs est euidenter falsū. ergo ⁊ añs: ꝓbatio ɔñtie. q̄ꝛ substātia nõ imutat imedia-te intellectū nostrū ad itellectionē sui cū nõ intelligiṫ pro statu isto nisi p spēm accñtis sensibilis: ſꝫ nullus ɔceptus q̄dditatiuus sube põt hēri p imutationē accñtis sensibilis nisi possit abstrahi a ɔceptu accñtis: ⁊ ille necessario sic ab-stractus ē vniuocus: al's nõ eēt abstrahibil': talis āt cõce-ptus maxime videṫ eē cõceptus entis. nā alius q̄dditati-uus. maior pꝫ. q̄ꝛ q̄cq̄d pñs ⁊ imediate imutat itellectū illi-us absentia põt nāliter ab itellectu cognosci q̄ñ nõ imuta-tur. sicut appꝫ in scðo de aīa: q̄ visus ē pceptiuꝰ tenebre q̄ñ lux nõ ē pñs: nec visus imutaṫ: ergo si itellectꝰ imutaṫ a substātia imediate ad actū circa ipm: seq̄reṫ q̄ q̄ñ suba nõ esset pñs posset ciꝰ absentia nāliter cognosci: ⁊ ita pos-set nāliter cognosci in hostia ɔsecrata nõ eē substātiā pa-nis: q̄ꝺ est manifeste falsū: nullus ergo cõceptus q̄ddita-tiuus hētur de substātia nāliter imediate a suba cãtus. ſꝫ tñ causatus ⁊ abstractus primo ab accñte. ⁊ talis nõ est nisi cõceptus entis. ¶ Preterea signū distributiuū non distribuit terminū equocū ꝓ suis significatis: q̄ꝛ terminꝰ equocus nõ hꝫ vnū ɔceptuꝫ q̄ sit diuisibilis in plures: ſꝫ signū distributiuū additū enti ipm ens distribuit ꝓ suis inferioribꝰ: sequiṫ enī oē ens. ergo suba. ergo accñs. ergo ens nõ est equocū. ¶ P vniꝰ potētie est vnū primū obiectū ſꝫ primū obm itellectus ē ens vt cõe oībꝰ: ergo ens sic cõe est aliq̄ꝺ vnū: ⁊ p ɔñs vniuocū. maior pꝫ: q̄ꝛ potētia moue-tur ab obiecto ſm formā obiecti: ⁊ nisi hēat vnā formam nõ mouebit: ⁊ iõ diciṫ quarto huiꝰ. Tex ⁊ cõ. 10. q̄ itelle-tus q̄ nõ itelligit vnū: nihil itelligit: ꝓbatio minoris: q̄ꝛ il-lud est primū obiectū intellectus sub cuiꝰ rõne oīa intelli-gūtur: sicut pꝫ de obiecto visus: ſꝫ nec rõ sube nec accñtis sed sola rõ entis reperiṫ in oībus itelligibilibus: ergo ens est primū obm itellectꝰ nr̄i. ¶ Pro ista ɔclõne faciūt oēs rõnes adducte p p̄ria ⁊ scða ɔclõnibꝰ prime q̄õnis istius scripti posite in primo: ⁊ ideo iste rationes sufficiant: licet multe possent adduci.

Ad argumenta alterius opiniõis. ¶ Ad illud quarti meth. de sano ⁊c. dico q̄ phs q̄rto me-tha. cõcedit ordinē eēntialē iter spēs eiusdē gñis: nam ibi vult q̄ in quolꝫ genere est vnū primū q̄ꝺ est mēsura oīum alioꝝ. mēsurata āt hñt ordinē eēntialē ad mēsurā: ⁊ tñ nõ obstãte tali attributiõe nullus negat ɔceptū generis esse vnū cū p̄dicaṫ in q̄d de pluribꝰ differētibꝰ spē. Si. n. ge-nus nõ haberet vnū ɔceptū aliū a ɔceptibꝰ spēꝝ: nullus cõceptus diceretṫ in q̄d de pluribꝰ: ſꝫ q̄lꝫ ꝺ seipo: ⁊ sic idē p̄dicaretṫ de eodē: ⁊ nõ genꝰ de spē. Cõfirmaṫ. q̄ꝛ phs. vij. phisicoꝝ vt iã allegatū ē dicit: q̄ in gñibꝰ latēt equocatio-nes pp q̄ꝺ ñ põt eē ɔparatio ſm genꝰ: ñ tñ ē ibi equocatio i gñe quãtū ad logicū. ſꝫ q̄ꝫtū ad realē phi. q̄ꝛ ñ ē ibi vnitas nãe: oēs ergo auctoritates q̄ eēnt ꝺ illa mã. siue i metha. si-ue in phica possent exponi pp diuersitatē realē illoꝝ in q̄-bus ē attributio. cū q̄ diuersitate stat vnitas ɔceptus ab-strahibilis ab eis sic pꝫ de gñe. ɔcedo ergo q̄ accñs hꝫ at-tributionē eēntialē ad subam: ⁊ p ɔñs q̄ ens ē analogum ad ea. ⁊ tñ ab ħ ⁊ ab illo põt abstrahi vnꝰ cõceptꝰ cõis vni-uocus. nã analogia real' ⁊ vniuocatio methaphisical' realr̄ nõ repugnãt in eodē conceptu. ¶ Ad illud q̄ꝺ adduciṫ de .vij. metha. dicēdū q̄ argumētū de sili nõ cõcludit: ꝓ tã-to ergo ē veꝝ q̄ accñtia sūt entia sic logici dicūt nõ ens eē ens ⁊c. q̄tenꝰ iter subam ⁊ accñs ē analogia ſꝫ pfectiꝰ ⁊ im-pfectius: cū q̄ tñ stat vera vniuocatio: vt dcm̄ ē: vñ ibideꝫ dicit Aristo. q̄ talia nõ dicunṫ equoce. sed ad vnū. ¶ Ad aliud de p̄io phisicoꝝ ɔtra parmenidē ⁊ melissuꝫ: dicēdū q̄ phs loq̄tur de multitudine suppositoꝝ: q̄ nõ repugnat vniuocationi: vt ē dcm̄ in exponēdo litterã. Pricipiū. n. ɔtra eos ē accipe q̄ ens multipliciter diciṫ. nõ equoce: ſꝫ multipli' id est de multis: ad iq̄rēdū de quo itelligūt: sic si diceretṫ oīa eē vnū aīal: cõtra eos eēt distinguēdū ꝺ aīa li: ⁊ quereretṫ de quo aīali itelligiṫ id est q̄reretṫ: vtrū oīa eēnt vnus hõ: vel vnꝰ asinus. ¶ Ad primã rõnē. nego cõ-sequētiã q̄ ens eēt genꝰ. Ad ꝓbationē dicēdū q̄ procedit ab isufficiēti. nam aliquod deficit enti rõne cuiꝰ nõ põt eē genꝰ. s. q̄ ens de aliq̄bꝰ cõibꝰ differētijs p̄dicaṫ. ꝺ illis. s. q̄ sumuntur ab alia re q̄ꝫ sit res a qua sumiṫ genus. tales enī differētie sic est forte rõnale icludūt ens q̄dditatiue. ſꝫ ħ est cõtra nãꝫ gñis p̄dicari. s. q̄dditatiue ꝺ dr̄ia. ¶ Ad cõ-firmationē de illis q̄nq̄ꝫ vlibꝰ positis a porphirio. dicēdū q̄ porphiriꝰ ordiat librū suū ad p̄dicamēta Aristo. sic ipe-met ꝓmittit in pemio: loq̄ṫ ergo de illis vlibꝰ q̄ aliq̄ mõ ueniunṫ in linea p̄dicamētali: ſꝫ p̄ter illa est aliq̄ꝺ vl'e q̄ꝺ est trãscendens. q̄ꝺ nõ ptinet ad aliq̄ꝺ p̄dicamentū: ergo ens est vl'e trãscendens p̄dicatū in q̄d: nec tñ est genꝰ: nec species: nec ꝓpriū ⁊c. ¶ Ad aliud ɔcedo q̄ ens descēdit in decē gña p aliq̄ ɔhētia q̄ ꝓp̄ie nõ sūt dr̄ie. cū āt q̄riṫ. aut includūt ens. aut nõ. dico q̄ nõ icludūt ens formalr̄. sicut nec passiões entis. nec vltīe dr̄ie: vt iferiꝰ oñdã: ⁊ tñ nõ sūt nihil: cū ergo arguiṫ q̄ nõ sūt entia. dicendū q̄ nõ sūt en-tia formalr̄. sūt tñ entia realr̄ ⁊ essentialr̄. q̄ āt illud q̄ꝺ nõ est ens formalr̄ dūmõ sit ens realr̄, sit de intellectu entis nullū est incõueniens. sic rõnale q̄ꝺ nõ est aīal formalr̄ ē tñ de intellectu hoīs: q̄ est vere aīal. ¶ Ad aliud de extrēis ɔdictiõis ⁊c. aut itelligit q̄ illa sūt sub extrēis ɔdictiõis to-talr̄. ħ est. q̄ illa p̄cise sūt extrēa ɔdictionis: ⁊ tūc minor est falsa: q̄ꝛ deꝰ vel suba nõ ē p̄cise ħ q̄ꝺ est eē non ab alio accipiendo ꝓportionalr̄. q̄ꝛ illa negatio dr̄ et de chimera: sic nec creatura ē p̄cise illa negatio non necesse eē. q̄ꝛ ħ ēt conuenit chimere. ſꝫ tã deꝰ q̄ꝫ creatura: tã suba q̄ꝫ accñs est aliq̄d cui conuenit alteꝝ extremū ɔdictionis: si ergo sic accipias ma. q̄ q̄buscūq̄ꝫ ɔueniūt extrēa ɔdictionis: ipa non vniuocanṫ i aliq̄ cõi: illa maior est falsa. nã oīa diui-dentia p se aliq̄ꝺ cõe sūt talia q̄ de ipsis dñr extrema ɔdi-ctionis: ⁊ tñ vniuocanṫ in ipso cõi diuiso. Silr̄ i ꝓposito deꝰ ⁊ creatura. sba ⁊ accñs pñt recipe p̄dicationeꝫ ɔdictio-nis. ⁊ tñ hñt aliq̄ꝺ substractū cõe illis extremis ɔdictionis ratione cuiꝰ possūt hr̄e aliq̄ꝺ cõe. ¶ Ad aliud dcm̄ fuit in prima ratione principali huiꝰ scripti de deo ⁊ creatura. ſꝫ sint p°. diuersa i realitate q̄ꝛ i nulla realitate ɔueniūt: ñ tñ sūt primo diuersa i ɔceptu reali. quomõ āt possint esse cõ-uenientia in conceptu reali ⁊ non in realitate. dcm̄ fuit ibi. Quod āt dr̄ q̄ negatiua in q̄ negaṫ vnū genꝰ gnālissimū ab alio nõ esset imediata. nego cõsequētiã. Ad ꝓbationē cū dr̄ q̄ extrema eēnt in aliquo toto dico q̄ non sūt in ali-quo toto quod possit esse medium in aliqua figura syllo-gistica remouendo vnū ab alio. cū de vtroq̄ꝫ affirmatiue ipsum ens predicatur. patet hoc cuilibet scienti artem syl-logizandi. ¶ Ad vltimum de attributione dico q̄ attribu-tio sola non ponit vnitatem vniuocationis: quia vni-tas attributionis

tas attributiōis minor ē vnitate vniuocationis. minor āt vnitas nō arguit maiorē: tñ minor pōt stare cū maiori: sicut q̄ sūt vnū gñe: sūt vnū spē: lз vnitas gñis sit minor vnitate spēi. Silr in proposito dico ꝙ lз vnitas attributionis nō arguat vnitatē vniuocatiōis: tñ cū vnitate attributionis stat vnitas vniuocatōis: lз vna nō sit alia formalr. Exēplū species eiusdē generis hñt cēntialē ordinē ⁊ attributionē ad primuз in illo genere ex decimo methaphisice. Tex. ⁊ cō. z. ⁊ tñ cū h stat vnitas vniuocationis cōcept⁹ ipsi⁹ generis respectu spēx. Silr ī ppposito ī rōne entis in q̄ est vnitas attributionis ipsa attributa hñt vnitatē vniuocatiōis ¶ Ad argumētū in oppositū de ꝓportione dicit̃ vno mō ꝙ ipse allegat aliū dicēdo. Si qs ⁊c. ita ꝙ nō videt̃ loqui ẜm intētionē ꝓpriā. Alr dicit̃ ꝙ vex est accipiēdo equiuocū sicut accipit̃ apud phicū reale: sicut etiā genus realiter dicit̃ equocū. ⁊ de tali equocatione loquit̃ porphirius. ¶ Cōtra ipse fuit logicus: ⁊ ita logice videt̃ locutū fuisse. ¶ Respōdeo ꝙ multa dicunt̃ in logica nō logice: sicut in scđo metha. Tex. ⁊ cō. iz. Quod in oī moto est mā: ⁊ tñ h cōsiderare magis ptinet ad phicū: q̄з ad methaphisicū.

¶ Quedā eni dicūtur entia. qr sūt substātie. ⁊ q̄dā entia qr sūt passiōes. ⁊ quedā accidētia: ⁊ q̄dā qr sūt vie ad substantiam aut ad relationem: aut quia sunt non ens ⁊c. Qō. ij.



prietatē īdiuidualē per quā ē hoc. qlibet aūt coordinatio
predicamenti abstrahit ab existentia. secūdo mō sumitur
inqꝫtū est exñs singulare ꝛ nō includens aliqd accñs. ꝛ ta
le singulare pōt dici simul totū vt dcm̄ fuit supra: exñtia
aūt nō est de rōne alicuius nec inqꝫtū quid nec inqꝫtū p
cipiat quid: qꝛ existētia est oino extra quidditatem forma
lem saltē in creaturis. tertio sumitur singulare inqꝫtū in
cludens non solū existentiam: sed alia accñtia circūstātia
vt qꝫtitatez qualitatē locū tps ꝛ huiusmōi. ꝛ sic est ens ag
gregatū ꝛ vnū per accñs. ¶ Secūda distinctio est q ītelle
ctio est duplex. quedā que dr̄ quidditatiua seu abstracti-
ua. ꝛ h abstrahit ab exñtia respiciens solū qdditatem ei'
vt qdditas est. alia est intellectio que dr̄ intuitiua ꝛ visio.
ꝛ hec respicit per se obm pñs in sua existentia. ita qꝛ ē exi-
stentis vt existens est. ¶ Tertia distinctio sit ista. obm in
tellect' quoddā est primo intellectū. quoddā non primo.
dr̄ obm primo intellectum quod adequat actū intelligen
di. nō primo aūt intellectū dr̄ qd nō adequat. exēplū ī sili
qñ vr̄ qꝫtū bipedale ipsum totū adequat visionē. sz autez
pars eius per se videatur nō tñ adeqt visionē. Silr āt ē d
intellectu cū intelligitur species puta homo ipsa species
tota intelligitur ꝛ adequat intellectionem ꝛ est primo in-
tellectum. sed ptes spēi. puta genus ꝛ differētia sz vtrūqz
p se intelligit̄ nō prio. qꝛ neutꝝ adeqt per se intellectionē
talē. ¶ De secūdo sit ista prima ɔclō. Singulare quolibz
modo sumptū est per se intelligibile qꝫtū ē ex nā sua. hāc
oñdo sic singulare est vere ens. ergo vē per se ītelligibile.
ɔña pz qꝛ intelligibilitas absolute seqtur entitatez cū ens
sit obm intellectus vt probatū fuit. vj. huius. pbatio an-
tecedentis. singulare īcludit totā entitatē qdditatiuā su-
perioꝝ: ꝛ īcludit vltra h ɔprietatē īdiuidualē ꝛ exñtiā vl ali
qd accñs qꝛ neutꝝ diminuit. sed addit ad entitatē. ergo
ad ītelligibilitatē. ergo ꝛc. ¶ P̄. pbat̄ de singularib' prio
mō spālr. nā tale singulare nihil īcludit aliud vltra vle ni
si gradū vltie actualitatis: ꝛ vnitatis q ē ipa dr̄ia īdiuidua
lis. sed a tali singulari nō excludit̄ ītelligibilitas rōne ali
cui' īclusi in vli supiori. qꝛ tūc vle nō essz p se ītelligibile.
nec rōne alicui' additi. qꝛ tūc angel' pticularis nō eēt ītel-
ligibilis. nā si repugnaret singulari vt singulare ē posse in
telligi: angel' nō posset seipz intelligere. nec de' seipz cum
sit singularissim'. ¶ Scda ɔclō sit ista. Singulare quoli-
bet mō sumptū est primū intelligibile qꝫtū est de se. h ap
pet ex significato nois. qd est prio. qdcūqz. n. aliud a sin-
gulari

gulari intelligit nō includit singulare ꝯplete q̄ꝫtū ad gcq̄d intelligibilitatis est in eo qꝛ nō includit illū gradū seu dr̄iaꝫ indiuidualē q̄ singulare est singulare. sed ip̄ꝫ singulare includit ꝯplete gcq̄d est intelligibilitatis in quocūqꝫ superiori. cū includit in suo ꝯceptu oīa sup̄iora ⁊ nō econuerso. singulare ergo nō est natū intelligi vt ps īclusa ī primo intellecto. sed tm̄ vt primū in quo alia sup̄iora ꝑ se includūtur. ¶ Tertia ꝯclo sit ista. Singulare primo mō est intelligibile ꝑ se respectu ītellectiōis: abstractiue tm̄ ⁊ singulare secūdo ⁊ tertio mō est primū intelligibile ītellectione intuitiua tm̄. hec ꝯclo hꝫ duas partes vt pꝫ ex secūda distinctiōe. nā intellectio abstractiua abstrahit ab existentia obi. intuitiua aūt est existētis obi vt ē existēs. ergo singulare primo mō qd̄ abstrahit ab existētia est obm intellectiōis abstractie solū. ⁊ singulare secūdo mō ⁊ tertio mō qꝛ īcludit existētiā ē obꝫ cognitionis intuitiue solū. cōseq̄ntia est euidens de se ex significato terminoꝝ.

Quantum ad scd̄m ōn̄dā tres ꝯclusiōes. ¶ P̄ria ꝯclusio sit ista. Singulare quocūqꝫ mō sumptū est per se intelligibile a nobis pro statu isto saltē ītellectione abstractiua. hanc ōn̄do sic. nā cognoscēs per se dr̄iam extremoꝝ per se cognoscit illa extrema dr̄ie. nā cū dr̄ia sit per se quedam relatio nō pōt cognosci nō cognitis extremis. sed intellectus noster per se cognoscit dr̄iaꝫ inter singulare ⁊ vniuersale. ergo per se cognoscit vtrunqꝫ extremū. Sic enim arguit Aristo. secundo de aīa. de sensu cōi. ¶ P̄. intellectus discurrit a singulari ad vl'e ⁊ ecōuerso. ergo cognoscit vtrūqꝫ extremū discursus. ꝯn̄tia pꝫ. qꝛ aliter discurreret ignorans. ꝓbatio ꝯn̄tie: qꝛ sicut per syllogismuꝫ cognoscimꝰ cōclōnē. ita ꝑ inductionē principia. ex primo poste. sed nulla potētia arguit discurrēdo inductiue nisi intellectꝰ. ergo notiores sunt sibi premisse q̄ꝫ ꝯclōnes ergo per se intelligit singularia a quibꝰ arguit discurrēdo. ¶ P̄. intellectꝰ nō imponit noīa rebꝰ q̄s ignorat. sꝫ intellectꝰ īpōit ⁊ attribuit noīa singularibꝰ qbꝰ ēt attribuit secūdas intentiones. puta singulare īdiuiduū ⁊ hmōi. de his facit ēt ꝓpōnes ⁊ opiniones que oīa ꝑtinēt ad ītellectū. ergo intellectꝰ noster nō ignorat singulare. ¶ P̄. īcognita non possumꝰ diligere. ꝺm Augu. sed magis ⁊ plus diligimꝰ singulare q̄ꝫ vl'e. qꝛ p̄ceptū de dilectione magis est singularis q̄ꝫ vl'is. vn̄ primo Joānis. q nō diligit fratrē suū quē videt. deū quē nō videt quō poterit diligere. ergo intelligimꝰ singulare. ¶ Cōfirmaꝛ. qꝛ nisi intellectꝰ per se intelligeret singulare: volūtas nō posset per se velle actū singularē. nec per ꝯn̄s possꝫ peccare. ꝯn̄s est falsū. ꝯn̄tia pꝫ. qꝛ volūtas nō potest ꝑ se velle: nisi quod est ꝑ se actu ab intellectu cognitū. ¶ P̄. quicquid ꝑfectiōis ē ī potētia inferiori. s. sensitiua: est in potētia sup̄iori q̄ ē intellectꝰ. sed perfectionis est in sensitiua cognoscere singulare per se. ergo multo magis in intellectu. ¶ P̄. sp̄ēs ꝑ se rep̄n̄tat illud a quo gigniꝛ. sed q̄libꝫ sp̄ēs ītelligibilis gignitur a singulari. pꝫ. qꝛ nō ab ītellectu agēte. qꝛ tūc eēt eiꝰ sp̄ēs ⁊ principiū intelligendi ipsum intellectū agētē. ergo per se representat ipsum singulare. ¶ P̄. nulliꝰ est disticta memoria nisi cuiꝰ p̄cessit distincta app̄hēsio. sed intellectꝰ hꝫ distictā memoriā actuū suoꝝ qui nō sunt sensibiles. ergo inq̄ꝫtū singulares. pꝫ. ergo hꝫ distinctā notitiā eoꝝ qn̄ insunt. ¶ Scd̄a ꝯclo sit ista. intellectus noster ꝓ statu isto nō ꝑ se intelligit singulare sub rōne ꝓpria singularitatis. nec sensus sentiet. Hoc ꝓbaꝛ sic. oīs potētia cognoscēs aliq̄d obm sub ꝓpria rōne p̄t illud cognoscere ⁊ ab alijs distinguere oī alio circūscripto ipso solo manēte. sꝫ nec intellectus nr̄ nec sensus est hmōi respcū singularis. ergo nec intellectus nr̄ nec sensus intelligit singulare sub rōne ꝓpria singularitatis. maior est euidēs. sed p̄ria ps minoris ꝓbaꝛ. qꝛ oīs potētia cognoscens suū obm ꝺm aliquā vnitatē pōt illud distinguere ab oī alio quod nō est vnū tali vnitate: sed intellectꝰ nr̄ nō pōt hoc respcū singularis. probatio huius. qꝛ distinctissima cognitio singularis videꝛ eē alicuiꝰ intētiōnis quā intellectus distincte cognoscit. sit illa a. sed posita illa sola amota dr̄ia ⁊ tp̄is ⁊ loci. ⁊ amoto alio ⁊ alio gradu intentiōis. ⁊ sic de alijs accn̄tibꝰ illi intentioni. nō videtur ꝙ intellectus sciat distinguere si ostendaꝛ sibi a q̄cūqꝫ alia re eiusdē intētiōis ⁊ eiusdeꝫ speciei. ergo intellectꝰ nō cognoscit singulare ꝺꝫ rōneꝫ seu vnitatem singularitatis. secunda pars minoris pꝫ per idem. qꝛ si hec albedo poniꝛ in eodē loco cū hac albedine: manet quidem hec hec: ⁊ illa illa. qꝛ hec nō est h nec distinguitur ab illa per eē in loco: nūq̄ꝫ tn̄ sensus discernit duas eē numero has albedines si sint eque intense. silr̄ non distingueret intellectus inter duo singularia circūscripta distinctione accidentali que est per locū: magnitudinē ⁊ figurā. ⁊ hmōi. puta si eēnt simul tempore ⁊ haberent eandē figurā. ⁊ magnitudinē. ⁊ eūdē colorem. talia enim tā intellectus q̄ꝫ sensus iudicaret eē vnū. pꝫ ēt qꝛ sensus non discernit diuersitatē radioꝝ solariū. lꝫ ponātur cōiter ꝯtinue variari. Rō huius minoris principalis assignaꝛ. qꝛ potētia cognitiua in nobis cognoscit rē nō ꝺm suam absolutam cognoscibilitatē. inq̄ꝫtū. s. in se ē manifesta. sed solū inq̄ꝫtū ē motiua potentie. qꝛ potentia cognitiua pro isto statu mouetur ab obis: sed nā singularis nō mouet ꝺm gradū singularitatis. tū qꝛ ille gradꝰ nō est principiū actionis sed limitatiuus p̄cipioꝝ actiōis. tū qꝛ idē est principiū agēdi ⁊ assimilandi. gradꝰ aūt singularitatis nō est principiū assimilandi. sed magis principium distinguendi. nullo aūt mō est principium assimilandi. ¶ Si arguas contra. qꝛ actiones sunt primo singulariū. Rn̄deo sicut dcm̄ fuit in primo huius. ꝙ si intelligitur de principio quo ꝙ illud est nā. nō tn̄ sine singularitate. ita ꝙ singularitas ꝯcurrit sicut cā sine qua nō eo mō quo color nō vr̄ nisi in q̄ꝫtitate. ergo intellectus ⁊ sensus cognoscunt singulare ꝺm vnitatem nāe. que vnitas ē minor vnitate numerali. prior tn̄ vnitate vl'i. vt ꝓbatum fuit supra. nō tn̄ sine singularitate. ¶ Tertia ꝯclo sit ista. intellectꝰ nr̄ ꝓ statu isto intelligit singulare per lineaꝫ reflexam reflectendo ad fantasmata. nā ꝺm Aristo. iij. de aīa tex. cō. 10. intellectꝰ intelligit singulare per lineam reflexaꝫ. cōmē. vo habet per lineā speralē. Ipse sic exponit ꝙ intellectiōe singularitatis quidditas abstrahitur a quidditate donec restat quidditas a q̄ nō possit abstrahi vlterius. ¶ Cōtra. qꝛ tūc eēt linea recta ⁊ non speralis neqꝫ reflexa. ¶ Alr̄ ergo exponitur ꝙ sicut nā in agēdo nō per se intelligit vl'e: qꝛ tunc corpore gn̄ato qd̄ est vniuersaliꝰ q̄ꝫ animal ⁊ homo: non procederet vltra ad generationē aīalis vel hoīs. nec intendit primo indiuiduuꝫ signatum. qꝛ tūc gn̄ato vno tali. puta sorte. cessaret actio nature. qd̄ est falsum. sed intendit primo inducere nāꝫ in aliquo supposito. ⁊ h est indiuiduū vagū. Silr̄ in proposito. sp̄ēs in fātasia ad quā se conuertit intellectus primo rep̄n̄tat īdiuiduū vagū in qd̄ primo fertur cognitio intellectus. qd̄ pꝫ. qꝛ q̄n̄qꝫ intelligitur singulare ignorando in qua specie sit: ⁊ in hoc primo signo in ipsa fantasia est confusum subiectū cū accidentibus. vel mutuo accidentia se mutuo cōtrahentia. secūdo representat nām absolute. s. q̄n̄ intellectus abstrahit vniuersale ⁊ fertur in naturaꝫ precise non considerando eius singularitatem. tertio reflectendo considerationē nāe ad circūstantias signatas. vt. s. intelligat singulare. i. nām q̄ est hmōi cōponi subm cū accn̄tibꝰ ꝓprijs determinantibus talē nāꝫ. ⁊ per tales circūstantias puta. qꝛ est hic. ⁊ nunc. ⁊ cū tali figura. ⁊ cū tali colore. ⁊ hmōi. ita ꝙ illius reflexionis terminus a quo ⁊ terminꝰ ad quem est quid confusum ⁊ in medio est distinctum. nā ergo intelligitur determinata istis. ⁊ est ibi conceptus nō simplr̄ simplex. vt ens. nec etiam conceptus simplr̄ q̄ddi tatiuus. vt hō. sed tm̄ conceptꝰ per accn̄s. ⁊ ille est determinatioꝛ conceptus ad quē deuenimꝰ in vita ista. naꝫ ad nullum conceptum singularis deuenimꝰ in vita ista cui contradictorie repugnat inesse alteri: conceptus āt singularis ꝺm rōneꝫ singularitatis repugnat contradictorie inesse alteri. sed illum non habemus: ille ergo ꝯceptus ꝑ

accñs est q̄ magis distincte possum⁹ itelligere singulare.

**Ad argumenta** In oppositū ad Arist. in lr̄a pꝫ ꝙ loquit̄ de singulari vt exñs est. ⁊ de tali verꝫ est ꝙ nō est scia ꝓprie dicta. al's scia fieret nō scia. qꝛ mutato obō mutat̄ ⁊ hit⁹ idē manēs. ¶ Ad aliud ꝺ secūdo de aīa. ⁊ ad oēs auc̄tes ꝯsil'es. dicēdū ꝙ sensus est singulariū cū ꝑcisiōe. qꝛ nō ē vtriuꝫ. itellect⁹ aūt ē vtriusqꝫ. ¶ Ad rōnē de mutata ꝓportione. dicēdū ꝙ ille modus arguendi nō valet in termis se hñtib⁹ ſm superi⁹ ⁊ inferi⁹ exēplū arguere sic. sic se hꝫ hō ad nō hoīeꝫ. sic aīal ad nō aīal. ergo ꝑmutati. sic hō ad aīal. sic nō hō ad nō aīal. ſꝫ oīs hō ē aīal. ergo oīs nō hō ē nō aīal. qꝺ est falsū. qꝛ asinus est nō hō. nō tñ nō est nō aīal. iō est falla ꝯñtis arguendo a destructiōe añtis ad destructionē ꝯñtis. nā ñ hō i pl⁹ se hꝫ q̄ꝫ nō aīal. Silr in ꝓposito. qꝛ obm intellect⁹ est cōius q̄ꝫ obm sensus cōitate vlitatis ⁊ ꝑdicatiōis. qꝛ oba sunt subordinata sic̄ ⁊ potētie. iō nō pōt inferri ꝙ sic se habeat obm ad obm sic̄ potētie iter se. sic̄ nec in alijs subordinatis ſm sub ⁊ supra. nā obm ꝯtinet̄ sub obo. ¶ Ad cōfirmationē dicēdū sic̄ fuit dcm̄ in prio hui⁹. ⁊ in. v. cap. de vno. ꝙ potētiaꝝ disperataꝝ sūt oio oba dispata. vt pꝫ de sono ⁊ colore. respcū. s. visus ⁊ audit⁹. ſꝫ potētijs subordinatis oꝫ ꝙ sic̄ potētie sunt subordinate: ita ⁊ oba. ita ꝙ obm potētie inferioris est ēt obꝫ potētie supioris. sic se habēt sensus ⁊ intellect⁹. ¶ Ad secūdū principale dicēdū ꝙ singulare nō hꝫ quod qd est ꝓpriū distinctū a qꝺ qd ē speciei. qꝛ nō hꝫ qꝺ quid est per se prio: lꝫ nō hēat prio: hꝫ tñ per se. vt dcm̄ est. rō ergo nō pl⁹ ꝓbat nisi ꝙ singulare ñ intelligit̄ a nob sub rōne ꝓpria singularitatis. qꝛ nō hꝫ aliud quid a qd spēi. illud aūt qꝺ addit vltra spēm magis pertinet ad hecheitatē q̄ꝫ quidditatem. ⁊ sic ꝯcedo ꝙ singulare nō est difficile nec scibile alia diffōne vel scia q̄ꝫ spēi. ⁊ sic nō sequit̄ infinitas esse scias singulariū infinitorū. qꝛ vna est oiuꝫ cōis. ¶ Cū etiam arguit̄ de notitia ꝑfecta ⁊ in pō. dicendū ꝙ artifex primo intelligit domū in supposito vago. ⁊ ex cōsequenti ⁊ per accidens intelligit domū hāc. qꝛ nāꝫ dom⁹ per se intellectā sequitur singularitas in eē. ⁊ iō facit domū singulareꝫ per accidēs qꝛ ꝑ accidens facit ꝙ nō per se cognoscit. cognito enim vli ꝑ accñs singulare itelligit̄. ¶ Ad tertiū nego ꝯñtiā. Ad ꝓbationē dr̄ ꝙ per eandē spēm cognoscit̄ vle ⁊ particulare alr̄ tñ ꝯsideratam. qꝛ vt dcm̄ est illa spēs siue sit impressa intellectui siue i fantasmate ſm duas opiniōes. prio reꝑsentat nāꝫ in aliquo supposito vago. secūdo nāꝫ absolute. tertio singulare signatū qꝺ est ipa nā circūstantionata accidentib⁹. ⁊ tūc nō hēo ꝓ incōuenienti ꝙ eadē spēs sic ⁊ sic accepta aliqd sub rōne distincti ⁊ idistincti represētet sic̄ ēt eadē spēs q̄ est vlis est oiuꝫ singulariū ita ꝙ ē eadeꝫ spēs ⁊ rō cognoscēdi plura ſm aliam ⁊ aliā rōnē. vel posset dari alia pꝫ: ꝙ quecūqꝫ spēs est alicui⁹ singularis sit ⁊ vlis. nec seqtur tot eē intellectiones vliuꝫ quot singulariū. nā oēs spēs singulariū nō representāt nisi vnū vle. ¶ Qꝺ ergo additur ꝙ ambo vle. s. ⁊ particulare simul sēꝑ intelliguntur. dico ꝙ nō oꝫ. sed per iperiū volūtatis intellect⁹ pōt vti spē nūc ad hoc nūc ad illud. qꝛ intelligimus cū volum⁹. ex. iij. de aīa tex. cō. 8. ⁊ cū dicis ꝙ illū vsum ꝑcedit cognitio huius ⁊ illi⁹. dico ꝙ precedit ordine predicto. qꝛ illa spēs primo repñtat nāꝫ in supposito vago. secūdo nāꝫ absolute. t̄tio singulare signatū. cū addit̄ ꝙ illa spēs est ipsi⁹ vlis primo ⁊c. pꝫ per idē quid sit dicēdū. nāꝫ prio est ipsius indiuidui vagi. nec ex hoc seqt̄ ꝙ quot sūt spēs singulariū tot sint vlia. qꝛ oia singularia nō represētant nisi vnū vle. nec oꝫ spēs multiplicari i ifinitū nisi forsan successiue. si oia singularia debent cognosci ⁊ qōlꝫ itelligat̄ ꝓpria spē. scꝺo illa eadē spēs repñtat illā nāꝫ vlem absolute. ⁊ ex ꝯsequenti. ⁊ per accidens ipsum singulare signatū mō preexposito. ¶ Alr̄ dr̄ ad hāc tertiā rōneꝫ ꝙ vr̄ ꝓbare ꝙ ꝑ nullā itellectionē quā mō habem⁹ abstrahendo sit possibile dare modū quo vle ꝑ se intelligitur. ⁊ singulare per se. ⁊ facit pro secūda ꝯcl'one secundi articuli principalis.

¶ Si ergo gen⁹ simpliciter nō ē preter eas vt q̄ generis spēs aut si ē quidē vt materia ē. Textu cōmēti quadragesimitertij.

Qō. xx.



**Queritur** vtrū ꝯceptus gñis sit alius a cōceptu spēi. ¶ Ur̄ ꝙ non. nā hic in lr̄a ter. cō. 43. dr̄ ꝙ gen⁹ nihil est ꝑter eas que sunt gñis spēs. ¶ P̄. si sic. ergo gen⁹ nō predicaret̄ de spē. ꝯñs est falsum. ergo ⁊ añs. ꝓbatio ꝯñtie. qꝛ tūc genus eēt pars spēi. sed ps nō ꝑdicatur formalr̄ de toto. ergo nec genus de spē. ¶ Cōtra. si nō. aut ꝯceptus gñis est idē ꝯceptui vni⁹ drie vel spēi tm̄ aut ꝯceptui cuiuslibet differentie ⁊ spēi. si prio mō ergo gen⁹ ñ ꝑdicat̄ nisi de vna spē tm̄. qꝺ ē falsū. si scꝺo mō ergo tot eēnt ꝯcept⁹ gñis q̄t driarū. vel si tm̄ est vn⁹ ꝯcept⁹ gñis illi vni ꝯceptui erūt oino idē ꝯcept⁹ driaꝝ. ergo inter se erūt idē. quoꝝ vtrūqꝫ est falsuꝫ: ergo necessario ꝯcept⁹ gñis est alius a ꝯceptu differentie. ⁊ per ꝯñs spēi.

**Respondeo** In ista qōne primo ꝑtractabo vnā opinionē. secūdo alr̄ dicā ad qōnē. ¶ Quātū ad primū est vna opinio q̄ dicit ꝑtē negatiuā ꝓpter rōnes positas in pede qōnis. Mod⁹ ponēdi est iste. gen⁹ ⁊ differētia nō sunt synonima. differūt. n. penes modos cōcipiendi eūdē ꝯceptū. qui sunt rōnes determinabilis ⁊ determinantis. ita ꝙ rō gñis est rō determinabilis. rō differentie vel spēi est rō determinantis. ¶ Sed ꝯ. qꝛ si sic. ergo in diffōne est nugatio. ꝯñs est falsuꝫ. ergo ⁊ añs. cōsequentia pꝫ. nā ſm te idē ꝯceptus dr̄ per gen⁹ ⁊ differentiam. ergo idem bis diceret̄. ¶ Rñdet̄ ꝙ excusat̄ nugatio ꝓpter diuersos modos ꝯcipiendi. ¶ Cōtra. qꝛ tūc est nugatio qñ positis diffinitionibus ꝓ noīb⁹. idē bis dr̄. vt ait ph̄s hic in lr̄a tex. cō. vt supra paꝝ post. sed positis nominib⁹ gñis ⁊ drie idē ꝯcept⁹ bis dr̄ nō obstante diuerso mō ꝯcipiendi. ergo erit nugatio. ¶ Confirmat̄. qꝛ ꝑ ph̄m hic in lr̄a. paꝝ post. hic est nugatio. bipes pedes hñs. ⁊ tñ est alia rō ꝯcipiendi. ergo diuersa rō cōcipiendi nō excusat nugationē. ¶ P̄. isti modi ꝯcipiendi aut sunt eēntialiter intra cōceptū gñis ⁊ differentie. aut nō sed sūt accidētales ꝓprietates sub qb⁹ ꝯcipiūtur. si secūdo mō nō vitat̄ nugatio. ex quo iste rōnes sunt extra conceptū quē ponis vnū. si primo mō. aut ergo vtraqꝫ rō est eēntialis itra cōceptū spēi. aut nō. si nō. ergo diffō essentialr̄ includit qꝺ non pertinet ad spēm eēntialr̄. si sic: ergo ꝯceptus generis ⁊ differentie sunt simplr̄ alij. qꝛ per alias rōnes quas eēntialr̄ includūt que sunt de per se conceptu spēi. ¶ P̄. diffō dr̄ esse primo. i. adequate eadem cū diffinito. sed cōcept⁹ iteratus non est primo idem. ergo alter conceptus generis vel differentie superfluit in diffinitione qꝛ alter sufficeret. ergo illa responsio non est bona. ⁊ stat ratio contra opinionem.

**Quantum** Ad secūdū primo oñdā duas ꝯcl'ones. secūdo duo dubia excludam. ¶ De primo sit ista prima ꝯcl'o. cōcept⁹ gñis est in se vnus. Hāc ostendo sic. oīs itellect⁹ hñs in se certitudinē de aliquo: ⁊ dubitans de oīb⁹ determinantib⁹ illud hꝫ de illo de quo est certus ꝯceptuꝫ vnū: aliū ab alijs de quib⁹ dubitat. aliogn eēt certus de nihilo. qꝛ de nullo ꝯceptu. sed intellect⁹ pōt eē certus de inherentia ꝯcept⁹ gñis alicui dubitando de quocūqꝫ ꝯceptu spēi. vt si per ꝓprietatem ꝯuertibilē cuꝫ gñe demonstraret ipsum gen⁹ de aliquo demonstratione qꝛ. puta si per mouere demonstraret de aliquo ꝙ sit aīal de quo nescit̄ aliqua spēs gñis. sed dubitatur. ergo intellectus hꝫ de illo gñe aliquē vnū ꝯceptū aliū a ꝯceptibus speꝝ de qb⁹ dubitat. ¶ P̄. dria sunt diuersa aliquid idem ens. ex. v. huius post tex. cō. 15. ⁊ ex decimo. ita ꝙ magis vnū sunt dria in illo in quo conueniunt: q̄ꝫ sunt i illo in quo differunt. aliogn non essent differentia. sed primo diuersa. ergo illud in quo sunt idē est in se magis vnum

q̄ꝫ illa

q̄z illa in quibus differunt. sed species generis ꝓprie dif
ferunt dr̄ijs ⁊ sunt idē gn̄e. ergo gen⁹ ē magis vnū q̄z dif
ferentie quib⁹ dr̄nt. qḋ nō esset nisi gn̄is eēt vn⁹ ꝯceptus:
nā si plēs. ita eēnt illi diuersi sicut ꝯceptus dr̄iaꝝ quo ad
hoc ꝙ spēs nihil vnū eēnt. ℂ P̄. genus ꝓprie ⁊ in qd pre
dicaṫ de spē. ergo ꝺm aliquē ꝯceptū nō eundē spēi. qꝛ tc̄
eēt p̄dicatio eiusdē de se. ergo ꝺm aliū ꝯceptum a ꝯceptu
spēi. ⁊ similiter est de quacunqꝫ spē. ꝫ ille ali⁹ a quacūqꝫ
spē est vn⁹ in se. al's tot eēnt gn̄a quot spēs qḋ ē absurdū.
ℂ Cōfirmaṫ vltimo. qꝛ al's nomē gn̄is nō eēt vniuocū ni
si significaret vnū ꝯceptū. ℂ Si queras. qūo ꝯcept⁹ gn̄is
est vn⁹. Rn̄deo. ꝙ genus dupl'r cōcipiṫ. vno mō per se
p̄rio vt obꝫ adeq̄ns intellectū. Alio mō ꝑ se nō p̄rio q̄n. s.
ꝯcipiṫ in aliquo ꝯcepto adequāte intellectionē in q̄ gen⁹
includiṫ. puta in spē vel idiuiduo. p̄rio mō ꝯcept⁹ gn̄is ē
vn⁹ numero sicut intellectio est vna numero. ⁊ gn̄al'r ita
vnica intellectione numero intelligiṫ magis vl'e sic min⁹
vl'e. secūdo mō ꝯcept⁹ gn̄is distinguiṫ in diuersis. ita ꝙ
lꝫ in se sit vn⁹ numero: nō tn̄ vt ibi ꝯcipiṫ. sed ē tot nume
ro in quot icludiṫ. ita ⁊ ꝯcept⁹ gn̄is nat⁹ ē eē vn⁹ numero
q̄n ꝯcipiṫ per se primo idifferēs ad oēs alios. ⁊ est distin-
ctus numero vt inclusus in alijs ⁊ ꝯcipiṫ per se nō p̄rio.
Et ꝺm hoc est veꝝ illud qḋ dr̄ decimo hui⁹. ꝙ gen⁹ lꝫ se
est diuersuꝫ in diuersis spēb⁹. ℂ Secūda ꝯcl'o sit ista con
cept⁹ gn̄is est ali⁹ a ꝯceptu dr̄ie. Hoc statiꝫ pꝫ. qꝛ dr̄ia nō
ꝑticipat gen⁹ nec ecōuerso. sed sunt oīno alteri⁹ rōnis. vn̄
ꝯcept⁹ gn̄is est ita ali⁹ a ꝯceptu dr̄ie. ꝙ est primo diuersus
i nullo ꝯueniens cū eo. vt patebit in sequēti q̄ōe. ⁊ ex h̄ se
quitur ꝙ est ali⁹ ꝯcept⁹ a ꝯceptu spēi sic partiale a totali.
nā spēs essential'r ⁊ formal'r includit ꝯceptū gn̄is ⁊ dr̄ie. si
ergo est ali⁹ a cōceptu dr̄ie. sequiṫ ꝙ est ali⁹ a cōceptu spe
ciei. nō totaliter sed partialiter.

De secūdo est vnū dubiū ex premissis. s. qd determīate
cōcipiṫ ꝑ gen⁹ ⁊ quid ꝑ differentiā. ℂ Rn̄deo. per
dr̄iam ꝯcipiṫ vltim⁹ act⁹ q̄ spēs est illud qḋ est. ⁊ per gen⁹
cōcipiṫ potētiale repspcū illi⁹ act⁹ vltimi. h̄ declaro sic. nā
ꝑ pħm capl'o p̄cedēti tex. cō. 33. sic rō. i. diffō se hꝫ ad rē.
sic ꝑtes diffōnis ad ꝑtes rei: ⁊ ēt. viij. hui⁹ tex. cō. 9. dr̄.
ꝙ terminū. i. diffinitionē oꝫ eē oꝛōnē lōgā. ⁊ exprimē qd
⁊ q̄le. in spē aūt q̄ ꝓprie diffiniṫ nō sunt nisi due ꝑtes es-
sentiales. s. act⁹ vltim⁹ quo spēs est illud qḋ est. ⁊ potētia-
le respcū illi⁹ actus vltimi. ergo differentia vltima specifi
ca a q̄ est vnitas rei ⁊ diffōnis includit precise de suo ꝑ se
intellectu actum vltimum in re qui est cā vnitatis rei con
pletiua. genus autem proximum precise includit per se ꝓ
prium potentiale respectu illius actus.

Secundum dubiū occurrit quid istis cōceptib⁹ gn̄is
⁊ differentie corrn̄det in re. ℂ Respōdet
quidam ꝙ in re sufficit dr̄ia intētionis q̄ quidē dr̄ia nullā
dr̄iaꝫ nec cōpositionē actualē ponit in re. sed tm̄ potētialē
sic itelligēdo ꝙ ipsa res est nata facere diuersos cōcept⁹
in intellectu. ita ꝙ ista dr̄ia actu est solū in intellectu con-
cipiente. nec vt dicūt sufficit ad hoc differentia rōnis q̄ ē
q̄n res nō est nata facere nisi vnū cōceptū qui tn̄ cōcipiṫ
sub diuersis modis cōsiderandi. vn̄ ꝺm istam opinionem
dr̄ia rōnis nō sufficit ad differentiam gn̄is ⁊ dr̄ie vt argu
tū est in primo articulo ꝯ primā opinionē. ℂ Sed cōtra.
qꝛ nec ista dr̄ia intentionis sufficit. nā cōcipiēdo gen⁹ aut
cōcipiṫ aliquid rei in spē aut nihil. sil'r de dr̄ia. si nihil. er
go isti cōceptus videnṫ ficticij nō reales nec per cōsequēs
dicūtur de spē. Si aliquid. aut idē aliq̄d. aut aliud. si idē.
tūc erit idē ꝯcept⁹ gn̄is ⁊ dr̄ie. qḋ est falsuꝫ. si aliud habeo
ꝓpositū. ꝙ in re est aliq̄ dr̄ia prior differentia cōceptuū.
ℂ Dices ꝙ aliquid rei concipiṫ ⁊ idem nec sequiṫ. ergo
idē cōceptus. qꝛ eadem res nata est facere diuersos cōce-
ptus. ℂ Cōtra. vna res nata est facere vnū cōceptū adeq̄
tū. qꝛ al's nō eēt cognoscibile. nec vnico actu cognoscibi
le. sed ꝺm illum cōceptū sibi adequatū formando vr̄ im
mutare intellectū q̄ꝫ tū natū est ipsum immutare. ergo nō
formabit nisi vnū cōceptū. ℂ P̄. ad principale. oīs dr̄ia

prior nāl'r oī actu rōnis est differentia ex nā rei. sed obie-
cta nāl'r precedūt actus ⁊ distinctio oboꝝ distinctionē ac
tuū: maxime q̄n hec illa cāt. vt hic ponitur. ergo differē-
tia intētionis que est in conceptib⁹ cōcludit dr̄iam priorē
in obis que est realis. vel saltē aliq̄ ex nā rei. ℂ Al'r ergo
dicēdū ꝙ ne habeam⁹ cōcedere conceptus simpliciter di
uersos gn̄is ⁊ differentie eē ficticios. oꝫ ꝙ illis corrn̄deāt
aliq̄ in re real'r diuersa vel distincta aliquo mō ex nā rei.
sic ꝙ circūscripta oī oꝑatione intellect⁹ agētis vel possibi
lis ⁊ oī actu intellectus presupposito vel cōcomitante ē in
re dr̄ia. sed talis differentia hꝫ grad⁹ ꝺm ꝙ gen⁹ ⁊ differē
tia p̄nt sumi ab alia ⁊ alia re. puta. si sint diuerse forme in
alia spē. sicut i hoīe. ita ꝙ ab vna sumaṫ genus ⁊ ab alia
differentia. vel possunt sumi ab alia ⁊ alia realitate. puta
si sit spēs simplex. vt albedo prima dr̄ differentia realis.
secūda dr̄ dr̄ia formalis. vtraqꝫ tn̄ est ex nā rei.

Ad primum In oppositū. iam dcm̄ est supra in sn̄ian
do. qꝛ auctoritas allegata est trūcata. vn̄
additur. aut si est q̄dē vt mā. ⁊ hec secūda pars disiuncti
ue est vera. vt predictū est. ℂ Ad secūdū nego consequen
tiam. ad ꝓbationē cōcedo ꝙ conceptus generis est parti
cialis. pars aūt lꝫ nō p̄diceṫ de toto ꝑ modū ꝑtis tn̄ signi
ficata denominatiue predicātur. gen⁹ aūt lꝫ sit ꝑs spēi. tn̄
denominatiue predicaṫ. ⁊ sic significat totū vel partē per
modū totius vt ait Auicē. v. metha. in abstracto aūt vltīa
abstractiōe nō p̄dicaṫ. vn̄ ista est falsa. hō est aīalitas. vel
humanitas est aīalitas. ℂ Cōtra. qꝛ p̄dicatio denoīatiua
excludit ꝑdicationē in qd. sed gen⁹ p̄dicatur de spē in qd.
ergo ⁊c. ℂ Respondeo duplex est denoīatio. vna subcti
ab accn̄te. alia toti⁹ a ꝑte essentiali. prima impedit p̄dica-
tiōeꝫ in quid. ⁊ secūda nō excludit ipaꝫ. ⁊ tal' est denoīatio
spēi a gn̄e. gen⁹ āt est pars essentialis speciei.

ℂ Itē animalis habentis pedes differentiaꝫ sci
re oꝫ inquantum habens pedes: quare non est di
cendū habentis pedes aliud alatum: aliud non
alatum: si quid est: est bene dicit: sed propter nō
posse facit hoc: sed si aliud habēs scissos pedes:
aliud n̄ scissos pedes: he nāqꝫ sunt differentie pe
dis: nā scissio pedis pedalitas q̄dā ē ⁊c. Q̄ō. xvj.



Queritur Utruꝫ differentia diuisiua ge
neris inferioris includat for-
mal'r dr̄iam superiorē. ℂ Ur̄ ꝙ sic. nā qḋ
p̄dicaṫ de alio per se primo mō: includiṫ
formal'r in illo. sed differentia superior ē
hmōi respcū inferioris. ergo ⁊c. minor ꝓ
batur hic in littera. tex. co. 43. vbi dr̄ ꝙ in diuisiōe gn̄is
oꝫ ꝓcedere ꝑ dr̄ias per se. ⁊ tunc secūda diuidit priorem
per se. nā fissio pedū est pedalitas. qḋ āt predicaṫ de alio
in abstracto predicatur per se primo modo. ℂ P̄ si nō. g⁹.
differentie specifice essent prima predicata. ꝯn̄s est falsuꝫ
ergo ⁊ antecedens. probatio cōsequentie. qꝛ tūc nō habe
rent genus aliquod dictū de eis per se. qꝛ genus superi⁹
nō predicaṫ de eis. nec dr̄ia superior per te. illa aūt sunt
prima predicata. ⁊ per ꝯsequens gn̄alissima. de qb⁹ nō p̄
dicantur p̄dicata priora per se. ⁊ tunc seqtur ꝙ ꝓpō nega
tiua negans differentiam vnā ab alia. puta rōnale nō est
irrōnale. est immediata. ℂ P̄. qꝛ si nō. ergo dr̄ia inferior
nō diuersificat ipsum gen⁹ ꝑ se. ꝯsequens est falsum. quia
aīal h̄ ipsum qḋ est: est diuersum per differentias diuer-
sas. vt dr̄ decimo hui⁹. ꝓbatio cōsequētie. qꝛ in genere
diuiso si sit intermediū: nō est nisi genus superius. ⁊ diffe
rentia constitutiua eius. sed gen⁹ supi⁹ nō includitur i dif
ferentijs supiorib⁹. pꝫ. nec differentia constitutiua. puta
sensibile constituens animal non distinguitur per differē
tias vlteriores. qꝛ ipsa non includitur in illis ꝺm te. ergo
genus intermedium se habet ad ipsas differentias infe-
riores sicut potentia ad actum. sed potentiale nō distin-
guiṫ ꝺm suā essentiā per actū qui est ex rōnē ei⁹. ⁊ ecōuer

ſo .ergo ⁊c. ℭ Cōtra .qꝛ ſi ſic .ergo in differentijs erit ꝓ ceſſus in infinitū. ꝯñs eſt falſuꝫ.ergo ⁊ añs: ꝓbatio ꝯñtie qꝛ ſi dr̃ie inferiores icluderēt ſupiorē3.ergo eēnt differen tes.nā dr̃ia ſūt diuerſa aliqͦd idē entia.ī aliquo gͦ cōueni rēt .ſ.in dr̃ia ſuperiori ⁊ different dr̃ijs.⁊ tunc q̃rā de illiſ vtrꝫ includant dr̃iaꝫ ſuperiorē. vel nō .q̃re vel ꝓcedit̃ ī in finitū .vel ſtabit̃ ad aliq̃s dr̃ias que in nullo ꝯuen iūt nec icludūt aliqͦd cōe. ℭ P̃.ſi ſic.ergo dr̃ia inferior erit ſpēs. ꝯñs eſt falſum.qꝛ tūc eſſent plura gña q̃ꝫ decē.cū tal' dif ferentia non ſit ſpēs alicuiꝰ illoꝝ generꝝ. ꝓbatio ꝯñtie. oē quod hꝫ predicatū de eo in q̃d ⁊ dr̃iaꝫ dictam in q̃le ē ſpe cies.qꝛ ꝯpoſitū ex gñe ⁊ dr̃ia.ſed talis dr̃ia inferior hꝫ ſu periorē dictā de ea in quid ſm te.⁊ aliā q̄ differt ab oppo ſita differentia que dr̃ de ea in quale.ergo eſt de ſpēs.

**Reſpondeo** Hic eſt vna opio q̄ dicit ꝙ dr̃ia ſupior ī cludit̃ in inferiori.qͦd ꝓbat̃ ꝑ tex.pħi.tū qꝛ h̃ dr̃ tex.cō.43.ꝙ vltia dr̃ia ſeu final' eſt ſuba rei.qͦd ñ eēt niſi includeret alias ꝑcedētes .alr̃ nō eēt ſuba rei. Tū qꝛ hic dr̃ ꝙ in diffōne nō oꝫ ponē alias dr̃ias ſꝫ ſolūmō vltimā qꝛ ſi alie apponant̃ cū prima erit nugatio. vt dicē do.aial bipes hñs pedes tranſponendo dffōneſ.nā dicto bipede ſuperfluum eſt ponere hñs pedes. Tū qꝛ h̃ dr̃ ꝙ in ſuba nō eſt ordo.ſed ſi inferior dr̃ia nō includit ſupio rē erit ordo. qꝛ vna prior: alia poſterior. ℭ Cōtra iſtā opi nionē arguit̃ reducendo rōnes.⁊ p̄io primā.q̄n dicit̃ ꝙ vltima dr̃ia eſt ſuba rei. ℭ Cōtra. qꝛ diffō idicat ſubam totā rei.ſed de ſuba diffiniti nō ſolū ſt oēs dr̃ie. ſed ēt ge nus.ergo genꝰ vel eſt de per ſe intellectu dr̃ie vltie vl' ge nus. ſuperfluit in diffōne.quod vtrūqꝫ ē falſū.ergo illud ex quo ſequitur .ſ.ꝙ final' dr̃ia ſit tota ſuba rei. ℭ P̃.oīs diffō hꝫ ꝑtes .⁊ ſic tota diffō totā rē exprimit: ſic ꝑs ꝑteꝫ ſed differentia final' eſt ꝑs diffōnis ergo exprimit ꝑtē rei. ⁊ nō totā ſbaꝫ rei. ℭ Cōfirmat̃. qꝛ eodē mō tractat h̃ pħs de diffōne ⁊ in octauo huiꝰ vbi dr̃ ꝙ in diffōne duo po nūtur reſpeū: quoꝝ vnū eſt vt mā: aliud vt forma. ℭ Ad formā dico ꝙ ſicut dcm̄ eſt exponēdo lr̃aꝫ.pħs nō intelli git ꝙ dr̃ia ſit tota ſuba rei niſi ꝯpletiue: q̄tenꝰ ab illa dif ferentia eſt tota ſuba rei ꝯpletiue. ℭ Secunda rō reducit̃ .ſ.ꝙ ad dcā ſua ſeq̄tur nugatio. ⁊ nō nob.nā oīs diffō. vl' dat̃ ꝑ genꝰ primū ⁊ dr̃ias intermedias vſqꝫ ad vltimam vel per genꝰ ꝓrimū ⁊ dr̃iaꝫ vltimā ſpecificā. ſi p̄io mō ſe quit̃ ꝯtra te nugatio. qꝛ tūc dr̃ia intermedia ponet̃ ī diffi nitiōe.⁊ dr̃ia vltia icludit oēs intermedias. vt tu dicis.er go.dr̃ia itermedia dr̃ bis. ſemel in ſe: ⁊ ſemel in vltia dif ferentia. ſi ſecūdo mō. ſeq̄t̃ idē. nā genꝰ ꝓrimū icludit dif ferentiā ſuā ꝯſtitutiuā. ⁊ vltima includit eā ſilr. vt tu dicis gͦ. bis dicet̃. puta dicēdo aial rōnale: qꝛ ſēſibile includit̃ in aiali qͦd conſtituit: ⁊ etiaꝫ in rōnali ſm te. ergo bis di cet̃. ℭ Dices ꝙ diffō nō ſic dat̃. ſed ꝑ genꝰ primū ⁊ dr̃iā vltimā. Cōtra. tū qꝛ eſt ꝯ pħm hic in lr̃a. qꝛ oīs diffō vel dabit̃ per genꝰ ꝓrimū ⁊ vltimā dr̃iā vel per primū genꝰ cū alijs itermedijs. Tū qꝛ h̃ vult boetiꝰ expreſſe libro dif finitionū. vbi dicit. ꝙ primo in diffōne accipiēdū eſt ge nus cū dr̃ia. ⁊ videndū ē de diffōne ſi ſit ꝯuertibil' cū ſpē diffinienda. ⁊ ſi minꝰ fuerit: accipienda eſt alia dr̃ia. ⁊ ge nus cū dr̃ia prior erit loco gñis. ⁊ ſic quouſqꝫ reddat ſpēꝫ diffiniendā. ergo nō ſolū primū genꝰ ponendū eſt cū vlti ma dr̃ia: ſed ēt cū oībꝰ intermedijs. ℭ Ad formā dicēdū ſicut dcm̄ eſt exponendo lr̃aꝫ. ꝙ nō ē intentio pħi q̄n ſine nugatione poſſet dari diffō ꝑ genꝰ ⁊ dr̃ias multas. ſꝫ ꝙ vltima dr̃ia eſt ꝯpletiua ⁊ ꝑfectiua ſube rei. qꝛ ſi nō .ſeq̄t̃ nugatio vt dcm̄ eſt in exponendo lr̃aꝫ. ℭ Tertia rō redu cit̃ ꝓbando ꝙ in ſuba eſt ordo. nā oīs ſuba diffinibilis ꝯponit̃ ex quid ⁊ quali ex. viij. huiꝰ tex. cō. ix. ⁊ forma eſt prior materia ⁊ magis ens vt dcm̄ eſt ſupra. ⁊ actꝰ ē prior potētia: tp̄e ⁊ perfectiōe. ex. ix. huiꝰ .tex. cō. 13. ſed in diffi nitione vnū eſt potētia vt mā. aliud actꝰ vt forma. ergo ibi eſt ordo. ⁊ ꝑ ꝯñs in ſuba diffinibili eſt ordo. ℭ Ad for mā iā dcm̄ eſt in exponendo lr̃aꝫ. ſ. ꝙ pħs itelligit ꝙ aliꝰ ⁊ aliꝰ ordo nō facit nec tollit nugationem q̄n ſemꝑ ſequit̃ nugatio negādo h̃ ꝙ ab vltima dr̃ia ſit vnitas ⁊ ſuba rei completiue. ℭ Aliter ergo dicendū ad q̄ōnē ꝙ dr̃ia iferi or nō includit formalr̃ ſuperioreꝫ. ꝓpter rōnes tactas. tū qꝛ eēt ꝓceſſus in infinitū in differentijs. tū qꝛ dr̃ia eſſet vna ſpēs. tū qꝛ ſemꝑ nugatio eſſet in diffinitione.

**Ad argumenta** In oppoſitū. ℭ Ad primū dico ꝙ mi nor eſt falſa. Ad probationē. dico ꝙ auctoritas Ariſt. intelligenda eſt. nō ꝑdicatiue. ſed diuiſi ue .nō enim vult pħs niſi ꝙ dr̃ia ſuperior diuidat̃ ꝑ dif ferentias inferiores per ſe. qꝛ fiſſio pedis ſolū diuidit ha bens pedes. cū pedalitas predicat̃ de fiſſiōe pedis per ſe p̄io mō. ℭ Ad ſecūdū nego ꝯñaꝫ. Ad ꝓbationē dicēdū ꝙ hr̃e ꝑdicatū i q̃d ꝯuenit dupliciṫ. formalr̃ ⁊ directe. vl' ſolū denoiatiue ⁊ indirecte. dr̃ia āt nō hꝫ ꝑdicatū in quid formalr̃: qꝛ differentie nō habent cōe predicatum de eis in quid per ſe primo. intellige de differentia que ſolū eſt differentia: nam oīs talis eſt ſe tota diuerſa. ſed tñ dr̃ia hꝫ predicatū i quid: nō formalr̃. ſed denominatiue. ſ. ipꝫ genꝰ. q̄tenus ſaltem indirecte eſt in genere. ⁊ ꝓpt̃ h̃ nulla dr̃ia eſt gñaliſſimū. qꝛ eē in gñe quocunqꝫ mō repugnat gñaliſſimo. ℭ Ad tertiū nego cōſequētiā. ad ꝓbationē di cēdū. ꝙ genꝰ ſiue iferiꝰ ſiue ſupiꝰ ſe hꝫ vt potētiale. ⁊ diſti guit̃ per dr̃ias ſic mā ꝑ forāꝫ. nec reputo incōueniēs imo neceſſarium ꝙ potentiale diuidat̃ per actuale ⁊ quod eſt extra rōnem eiꝰ. Et ſic ſit dictū ad q̄ōnem.

ℭ Primū eni ſubſtantia que vniuſcuiuſqꝫ pro pria vniuſcuiuſqꝫ q̄ no ieſt alij vl'e vo cōe eſt. Te xtu cōmēti qu adrageſimiquinti. Ampliꝰ ſubſtan tia dicitur que non de ſubiecto: ⁊ vl'e de ſubiecto aliquo dr̃ ſemꝑ. Textu com. xlvi. Q̄ō. xvij.

**Q**ueritur Utrū vl'e ſit aliq̃d in rebꝰ. Ur̃ ſic. nā oē quod eſt tale per par ticipationem reducitur ad aliquid tale ꝑ eſſentiaꝫ. alioquin tale per participationē erit primū tale per eēntiaꝫ. ſed ſingulare ē tale per participationem .vt hic hō ꝑ par ticipatiōeꝫ hoīs. aliog̃n hō nō predicaret̃ de ſingularibꝰ ergo hō vl'is eſt hō per eſſentiā. ⁊ per ꝯſequens eſt ī rebꝰ. ℭ P̃. ſuba eſt primū ens. vt dcm̄ fuit ſupra. ⁊ eſt ens rea le. qꝛ itellectꝰ nr̃ nō cāt niſi accñs. ſed ſecūda ſuba ē ſuba ⁊ ponitur vl'is .ergo vl'e eſt aliqͦd ens reale. ℭ Cōtra. pħs hic in lr̃a tex. cō. 45. Tū qꝛ ſubſtātia vniuſcuiuſqꝫ eſt pro pria ſibi: ⁊ nō ineſt alteri. Tū qꝛ ſuba nō dr̃ de ſubo .vl'e āt ſic. Tū qꝛ al's logica q̄ ē de vlī eēt ſcia real'. qͦd ē falſū.

**Reſpondeo** In iſta q̄ōne primo quaſdaꝫ opiniones ꝑ tractabo. ſcͦdo ad q̄ōnē alr̃ rñdebo. Quā tū ad primuꝫ eſt vna opio platonis ſm ꝙ Ariſto. impōit ſibi. que pōit ideas ꝓpter triplicē rōneꝫ. Tū ꝓpter entita tē formalē reꝝ. vt vr̃ ꝓbare prima rō de participatione poſita in pede. Tū ꝓpter ſciam que eſt tm̄ de neceſſarijſ. ſingularia aūt ſunt corruptibilia. Tū ꝓpter gñationē. nā ſm platonem gñans particulare non ſufficit. ℭ Sed iſta opinio ſi ponat ideam eſſe quādā ſubam ſeparatā a motu ⁊ ab accidentibus per accñs nihil hñs in ſe niſi nām ſpe cificā perfectā q̄ꝫtū pōt eſt ꝑfecta ⁊ paſſiones forte per ſe ſpēi: aliog̃n de ipſa nihil ſciret̃. ſi inquā ſic pōat: nō pōt bene improbari. qꝛ nō videtur repugnare abſolute ratiōi entitatis tale ſingulare ſic nām habens. nec abſolute hoc improbat Ariſto. ſed quatenus ponitur incorruptibile ⁊ eiuſdem rōnis cum corruptibilibus. vt arguit Ariſto. con tra hoc in fine huiꝰ. ex h̃ ꝙ corruptibile ⁊ incorruptibile differunt plus q̄ꝫ genere. lꝫ in. vii. vt dcm̄ fuit ſupra ar guatur nō impoſſibilitas. ſed nō neceſſitas. qꝛ enim nihil nō manifeſtum ponendum eſt a philoſophantibꝰ niſi ne ceſſitate. iō Ari. arguit ꝯ ideas oñdēs ꝙ nō ſūt nec̄ie ꝓ pt̃ illa ꝓpt̃ q̄ ponūt̃. ꝙ eni nō ponūt̃ ꝓpter entitatē: nec ponūt̃ ꝓpl' ſciaꝫ. ꝓbatū ē ſupra ca. iiij. Ultꝰ āt idē ē. ꝙ āt ñ ꝑꝑ gñationē ꝓbat̃. c. ſeq̄nti. Hoꝝ āt q̄ ſt. ⁊ ita ſimplr̃ ñ ſunt ponēde idee. Si aūt vlterius ponat plato vt ſibi ipo nitur

ītur q̄ dicta idea est formalr vl'e. ita q̄ p̄ idētitatē p̄dicatur de isto corruptibili p̄dicatione dicēte h̄ ē h̄. statī videtur icludere ꝯdictionē. s. q̄ idē nūero sit q̄ddītas multoꝝ diuersoꝝ. ⁊ sit extra ipsa. q̄ aliṙ nō cēt icorruptibile. ꝫ vō primū modū illa opio nō videt̄ ipossibil'. lꝫ nō sit necessaria. ꝫ secūdo mō ē ipossibilis. ¶ Alia ē opio loquēdo de vli ẜm itētionē Aristo. q̄ ponit q̄ vl'e ē in re. ꝓ q̄ tripliṙ arguit̄. p̄io sic: vl'e est aptū natū dici de plib⁹. ꝫ res ē apta nata dici de plib⁹. ergo vl'e ē res. ꝓbatio mioris. q̄ si n̄ tūc tal' aptitudo repugnaret rei nec posset sibi ꝯferri ab intellectu. q̄ tūc itellect⁹ posset dare sorti hāc aptitudinē. qđ est falsū. ¶ ꝓterea scđo sic. vl'e p̄dicat̄ de re. s. de singulari p̄dicatiōe dicēte h̄ ē h̄. vt sortes ē hō. ꝫ ipossibile est aliq̄d p̄dicari de re nisi sit in re. ergo vl'e est aliq̄d i re. ¶ ꝓ tertio qđ q̄d ē absolute sūptū ē vere res. q̄ ē p̄cipiū ⁊ cā. vt h̄r ifra ca. sequēti. Tex. cō. 69. ꝫ ipm q̄ q̄d ē absolute sūptū ē vlr. ergo vl'e ē vere res. ꝓbatio mioris. qđ q̄d ē absolute sūptū exprimit̄ p̄ diffinitionē. ꝫ diffō nō ē nisi vlis vt dcm̄ fuit sup. ergo ꝛc. ¶ Mod⁹ ponēdi tal' ē q̄ i re ē gradus limitationis. ergo singulare ē h̄ q̄ ē ipa p̄prietas seu dr̄ia idiuidual'. ē ēt ipa nā p̄ ipꝫ gradū limitata. ⁊ illa nō solū ē itelligibil' sine illo gradu idiuiduali. ꝫ ēt nā ē prior i re tali gradu. ⁊ vt sic prior nō repugnat sibi cē i alio. q̄ vt sic n̄ ē adhuc limitata ad h̄ singl'are. ⁊ nā vt sic prior ē vlis.

Sed ꝯ istā opionē arguit̄ triplr. p̄io sic. vl'e ē vnū obm itellect⁹ nūero ⁊ vna itellectiōe nūero itelligit̄. vt dictū fuit sup. itē q̄ itellect⁹ attribuēdo ipm diuersis singularib⁹ attribuit idē obm nūero pl'es ꝯceptui vt p̄dicatū diuersis substātijs. dicēdo h̄ ē h̄. ꝫ ipossibile vr̄ q̄ aliq̄d in re sit idē intelligibile nūero ⁊ sic attribuat̄ diuersis. g° vl'e nihil' ē in re. ¶ ꝓterea. scđo cuicūq̄ iest subm sub rōne q̄ est subm. ei inest ⁊ passio. si ergo hō inest sorti sub ea rōne q̄ hō est vere vl'e. vt tu dicis. ergo sortes erit vere vl'e qđ est falsū. ¶ ꝓterea tertio. si sic. seq̄t̄ q̄ sensus hꝫ ꝓ p̄ se obiecto vl'e. qđ ē falsū. ꝓbatio ꝯñtie. q̄ nā nō mouet sensū iquātū h̄. lꝫ nō nisi h̄ vt dictū fuit de itellectione singularis. vr̄ ēt q̄ itellect⁹ agēs oīno sup̄fluat. si oē vl'e iam est in actu in re ex se. ¶ Cōtra modū ponēdi arguit̄ dupliciter. Tū q̄ seq̄t̄ q̄ tot sūt vl'ia quot singularia: q̄ q̄cūq̄ nā in quocūq̄ indiuiduo hꝫ illā rōnē vl'is que assignatur. s. illā indifferētiā ad plura. Tū q̄ in p̄dicatione vl'is de singulari idem p̄dicaret̄ de seipso.

Alia est opinio in extrēo. q̄ vl'e tm̄ ē in itellectu. ꝓ q̄ arguit̄ p̄ ꝯmēta. q̄ itellect⁹ ē q̄ facit vl'itatē in reb⁹ ꝫ itellect⁹ agēs nō ē potētia factia. ꝫ actia. ergo nihil cāt extra itellectū. ¶ ꝓterea vl'e est vnū in multis ⁊ de multis. ex p̄io poste. ergo icludit eēntialr cōpationē ad supposita. vt p̄dicabile ad subijcibile. ꝫ talis ꝯpatio nō est in re ꝫ tm̄ in itellectu cōparāte. ergo ꝛc. ¶ Sꝫ ꝯ istā opionē arguit̄. nā obm nāliter p̄cedit actū. ꝫ vl'e ē obiectū itellectus. ergo vl'e nāliter p̄cedit itellectionē q̄ itelligit̄. ꝫ nō est actu in itellectu nisi per intellectionem. ergo vniuersale nō est in intellectu tm̄. ¶ ꝓterea subꝫ scie iquātū subꝫ p̄cedit itellectū. ꝫ subꝫ scie vt subm ē vl'e. ergo ꝛc. ꝓbatio minoris. q̄ subꝫ scie vt sic ē p̄io tale ꝯpando ad passionē ⁊ si p̄io tale ergo de oī ⁊ sic pōt eē scia de eo.

Quātū ad secūdū p̄io p̄mittā aliq̄s distictiōes. scđo inferā aliq̄s ꝯcl'ones. ¶ De p̄io sit ista p̄ia distictio. duplex ē itētio. s. p°. ⁊ scđa. Dico primā itētiōē ipam rē positā in eē itellecto ⁊ cognito. dr̄ p̄ia. q̄ res dr̄ itētio nō quocūq̄ mō res. ꝫ vt itellecta ⁊ cognita. Uoco itētionē scđaꝫ quādā rel'onē seu ꝯpationē itellect⁹. q̄ itellect⁹ cōparat vnā primā itētionē ad alterā. seu vnū itellectū alteri. Exēplū itellect⁹ itelligēs hoīē ⁊ itelligēs aīal. ꝯparat vnū ad aliud ẜm rōnē predicabilis ⁊ subijcibilis. q̄ ꝯparatio ex p̄te aīalis dicit̄ gen⁹: ⁊ ex p̄te hoīs dr̄ spēs. ⁊ sic ẜm diuersas ꝯpatiōes format diuersas itētiōes scđas. puta generis ⁊ speciei ⁊ indiuidui ⁊ hmōi. ita q̄ oīs secūda itentio est formalr relatio rōnis. scđa distinctio sit ista. q̄ cuꝫ vl'e sit quoddā ꝯcretū. pōt accipi duplr. vno mō p̄ p̄ se significatiuo. qđ est vl'itas. ⁊ scđa itētio que est q̄dā relatio rōnis in p̄dicabili ad illud de quo ē p̄dicabile. ⁊ hūc respectū rōnis significat h̄ nomē vl'e in ꝯcreto. ⁊ vl'itas i abstracto. Alio mō sumit̄ vl'e p̄ illo qđ denoīat̄ ab illa intētione vl'itas q̄ ē aliq̄ res p̄ie itētionis. nā scđe itētiōes applicant̄ primis. ⁊ h̄ scđo mō pōt adhuc accipi dupliciter. vno mō ꝓ illo qđ est q̄si subm remotū denoīatū ab illa scđa itētione. ⁊ sic nā absolute sūpta dr̄ vl'e q̄ten⁹ nō de se h̄. ⁊ iō nō repugnat sibi ex se dici de multis. ⁊ nā sic accepta est indeterminata priuatiue siue negatiue. Alio modo pōt sumi ꝓ isto subiecto ꝓpinquo qđ est ipa nā idetermināta ꝯrie: vt. s. coniūcta indeterminationi actuali q̄si habitui ꝯrio. ⁊ h̄ mō nō est vl'e nisi nā sit actu idetermināta. ita q̄ sit vnū itelligibile nūero dicibile de oī supposito. ⁊ illud est cōplete vl'e. ¶ Tertia distinctio sit ista. esse in itellectu cōtingit duplr. vno mō subiectiue. vt spēs ⁊ h̄itus sunt in aīa. Alio mō obiectiue. sicut nūc loq̄mur. ⁊ h̄ mō pōt esse duplr. vno mō habitualr siue in actu p̄io. q̄n. s. est ibi per spēm manētē in itellectu vt mediāte motiuū ad itellectionē. alio mō actualr siue in actu scđo. q̄n. s. actu mouet ⁊ intelligit̄. secūdus modus ifert primū. ⁊ nō ecōuerso. sic p̄ꝫ. De scđo sit ista p°. ꝯuersio q̄ vl'e sūptū p̄io mō. s. ꝓ itētione nihil est in reb⁹. ꝫ in itellectu tm̄. Hāc ꝓbo sic. pur ens rōnis nihil est extra in reb⁹. ꝫ vl'e sic acceptū est hmōi. vt p̄ꝫ ex dictis. ergo ꝛc. ¶ ꝓ ista ꝯcl'one pōt itelligi opio p̄i⁹ recitata. nā ista ꝯpatio q̄ est itētio scđa nō est nisi subiectiue in itellectu ꝯparāte. ⁊ sic ꝯcludūt rōnes ibi posite ꝓ opione. tm̄ sicut p̄ꝫ h̄ opio icōplete loq̄t̄ de vl'i. sicut ꝓcedūt rōnes ꝯ eaꝫ. ¶ Scđa cōuersio sit ista. vl'e sūptū scđo mō. s. ꝓ subo remoto itētiōis est aliq̄d vere in reb⁹. Hāc ꝓbo sic. illud qđ circūscripto oī actu itellect⁹ est vere. ē aliq̄d i reb⁹. ꝫ vl'e sic acceptū ē hmōi. nā circūscripto oī actu itellectus nā lapidis q̄ ex se nō est h̄ ꝫ idetermiata negatiue. ergo tale vl'e ē aliq̄d in reb⁹. ⁊ ꝓ ista ꝯcl'one pōt itelligi scđa opinio recitata p̄i⁹. ⁊ sic icludūt rōnes ibi posite. tm̄ h̄ opinio icōplete loquit̄ de vl'i q̄ lꝫ nā sic sūpta sit idetermināta priuatiue vel negatiue ⁊ ꝯtradictorie. non tm̄ ꝯrie. qđ requirit̄ ad ꝯplemētū vl'is. sic ꝓcedūt rōnes cōtra opinionē. ¶ Sꝫ iuxta istā cōclusionē orit̄ dubiū. vtrū natura sic sūpta idetermināte ⁊ indifferes q̄ nō est de se h̄ hēat aliquā vnitatē realē minorē vnitate nūerabili. ex quo ponit̄ nō esse h̄. ¶ R̄ndeo q̄ sic ꝓpter qđ tertia ꝯcl'o sit ista. vl'e sūptū scđo mō ē vnū vnitate aliq̄ reali minori tm̄ vnitate nūerali. Hanc ōñdo sic. vni⁹ potētie ē vnū obiectū. ꝫ potētia sensitiua. puta visus est vna potētia. ergo hꝫ vnū obm nō vnum numero. q̄ tūc nō posset videre nisi vnū colorē nūero nec vnū p̄ itellectū. q̄ p̄cedit actū intellectus sicut ⁊ sensus. ergo est vnū aliq̄ alia vnitate reali. q̄ sicut obiectū sensus inquātū obm p̄cedit itellectū. ita ēt ẜm suā vnitatē realē p̄cedit omnē actū intellectus. ¶ Dices q̄ obiectum primū ⁊ adequatū sensus est aliq̄d cōe abstractū p̄ itellectū ab oībus alijs p̄ticularib⁹ obiectis. ⁊ ita nō h̄nt vnitatē nisi ꝯtinētis illa pl'a obiecta p̄ticularia. ita q̄ obm sensus respectu vnius actus vtiq̄ p̄cedit intellectū. ⁊ tunc est aliquod singulare. tm̄ obiectū primū sensus adequatū est aliquod vl'e abstractū ab omnibus p̄ticularibus per intellectū. ¶ Sed cōtra. q̄ vnius actionis sensus est vnū obiectum ẜm aliquam aliā vnitatē realem. vt etiam tu concedis. sed nō ẜm vnitatē numeralem. ergo ẜm aliā vnitatem realem que nō est numeralis. ꝓbatio minoris. quia potentia cognoscēs obiectū ẜm aliquā vnitatē distinguit ipm ab omni alio qđ non est hac vnitate vnum. predicatum includitur in subiecto. sed sensus nō cognoscit obiectum inquantū est distinctū a quolibet quod nō est vnum illa vnitate numerali. ergo sensus nō cognoscit obiectum ẜm vnitatem numeralem. ergo ẜm alienam. probatio assumpti. quia nullus sensus discernit hunc radium solis differre numeraliter ab alio radio. lꝫ continue varient̄ in medio. quaten⁹ accñtia nō migrāt. silr si p̄ potētiā diuinā ponātur duo corp̄a equalia ⁊ omnino similia in albedine

